DE IVRE LEGITIMÆ SVCCESSIONIS SER.^MI DVCIS CAROLI GONZAGÆ LVDOVICI DVCIS NIVERNII FILII IN DVCATIBVS MANTVÆ ET MONTISFERRATI.

OPVS ARTICVLIS OCTO DISTINCTVM,

In quibus omnia tam circa merita causæ, quam circa possessionem, eiusdem possessionis adeptionem, & prætensam sequestrationem, iurisdictionis exercitium, inuestituræ debitam renouationem, fœminarum in Ducatu Montisferrati de præsenti exclusionem, confictæ feloniæ imputationem, belli contra ipsum Ducem Carolum moti iniustitiam dilucidè enucleantur.

AVCTORE FRANCISCO NIGRO CYRIACO
I. C. MANTVANO, ET IN PATRIA SENATORE.



MANTVÆ, Apud Osannas fratres, Ducales Typographos. M.DC.XXVIII.
Superiorum permissu.

VIRTVTE ET LABORE

SERENISSIMO DOMINO
D·CAROLO GONZAGÆ
DVCI MANTVÆ, MONTISFERRATI, NIVERNII, RETHELI, HVMENÆ, &c.
DOMINO COLENDISSIMO.

TANTO fauore, ac tali studio ab omnibus, qui iustitiam amant, perlecta, & audita fuerunt iura Celsitudinis Vestræ in causa successionis Ducatuum Mantuæ, & Montisferrati, vt quæ pro ea plures scripserunt, communi Lectorum voto, & commendatione fuerint collaudata. Inter hæc, quæ ego quoque octo articulis exaraui, licèt mihi perexigui momenti viderentur, (nihil enim ad mei desiderium implendum in Celsitudini Vestræ seruiendo satisfacit) tantam nihilominus ab ipsa causæ iustitia æstimationem, & auctoritatem contraxerunt, vt dixerim vim, roburq; à causa sumpsisse, non causæ adiumentum præstitisse, quo factum est, vt, cùm à multis desiderarentur, intrà tres menses ter fuerint impressa, bis in Italia, & semel in Germania. Ea igitur à me antea tumultuariè, prout quæstiones excitabantur, conscripta; nunc in vnum volumen mutato, sed meliori ordine collecta, ad Celsitudinem Vestram quasi suum auctorem, & patronum reuertuntur. Quæ erunt leue pignus eius deuotionis, quam maiori testimonio cuperem comprobare. Dat. Mantuæ die 21. Nouembris 1628.

Celsitudinis Vestræ Serenissimæ

Deuictissimus seruus, & subditus

Franciscus Niger Cyriacus.

INDEX ARGVMENTORVM SINGVLORVM ARTICVLORVM In præsenti Libro contentorum.

ARTI-

ARTICVLVS SEXTVS. Fol. 98.

AN Sacra Cæsarea Maiestas teneatur inuestire de Ducatibus Mantuæ, & Montisferrati D. Ducem Carolum, non obstante, quòd adessent aliqui prætensores, vel Imperator prætenderet aliquam culpam, ab eo, vel patre commissam.

ARTICVLVS SEPTIMVS. Fol. 104.

SVccessioni Serenissimi Ducis Caroli in Ducatibus Mantuæ, & Montisferrati non obstare, quod obijcitur eius patrem, & ipsum militasse contra terras Imperiales, & Imperatores pro Maiestate Regis Franciæ Christianissimi.

ARTICVLVS OCTAVVS. Fol. 145.

BEllum non nisi iniustum moueri posse pro priuando Serenissimo Duce Carolo legitimo possessore, & successore possessione Ducatuum Mantuæ, & Montisferrati, & si qui illud mouerent, & eisdem fauerent, tenerentur ad restitutionem, & refectionem omnium damnorum, etiam inspecta Ratione Status Politica; Et tractatur, quæ sit Ratio Status permissa, & bona, & quæ illicita, & mala.

Expecta

Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuũ, & sustine Dominum. Psal. 26.

ARTICVLVS PRIMVS.

Mortuo Vincentio vltimo Duce Mantuæ, & Montisferrati, legitima successio eorundem Ducatuum spectat ad Serenissimũ Ducem Carolum nunc possessorem Ludouici filium.

Excusabit Lector longitudinem huius primi articuli, quia necesse fuit transcribere ad litteram verba Doctorum citatorum ob commodum informantium in Curia Cæsarea, qui carent libris, quibus verbis omissis iusta erit consultatio, & poterit compensare laborem legendi cum commoditate non adeundi libros citatos, quia hoc opus non erit.

1 DE anno 1432. die 6. mensis Maij, Sigismundus Imperator existens Parmæ erexit† Statũ Mantuæ in Marchionatum, & de eo inuestiuit Excellentissimum tunc D. Io: Franciscum Gonzagam, & eius descendentes masculos, cum ordine primogenituræ, vt mox dicam; Quam concessionem, erectionem, inuestituram, & priui-
2 legium eisdẽmet verbis confirmauit† prædicto Dño Io: Francisco in alio priuilegio dato Mantuæ sub die 22. Septembris 1433. his verbis; cęteris, quæ non faciunt ad præsentem quæstionem, omissis. *Facti species usque ad nu. 44.*

3 *Decernentes, & volentes† expressè, quòd tu, ac hæredes, & successores tui legitimi Marchiones Mantuæ perpetuis in antea temporibus omni dignitate, præheminentia, nobilitate, iure, potestate, libertate, honore, & consuetudine gaudere, & frui continuò debeatis, quibus alÿ nostri, & Sacri Romani Imperÿ Principes, ac nominatim Marchiones Illustres freti*
4 *ti sunt hactenus, & quotidie potiuntur, Ciuitatẽ quoque Mantuæ,† eiusq; territorium, diœcesim, & districtum, cum omnibus suis iuribus, honori-* *Tenor Inuestituræ vsque ad num. 19.*

bus, iurisdictionibus, & pertinentiȷs quibuscunque in inferiori Lombar-
dia constitutam, provt hactenus per Commune Mantua, siue prædecesso-
res nostros, siue te tentum, & possessum est, ac tenetur, & possidetur ad
præsens cum omnibus infrascriptis Castris, terris, ac locis, villis, quæ loca
deinde specificè nominat, *Iuribus, regalibus, honoribus, & pertinentiȷs*
quibuscunque, ex nostra certa scientia, & Imperialis plenitudine pote-
statis in nouam Marchiam, & Marchionatum erigimus, facimus, & crea-
mus; Decernentes, & hoc nostro Imperiali statuentes edicto, vt de ca-
5 *tero dicta Ciuitas † Mantua, cum toto eius territorio, diœcesi, & districtu,*
cumq. prædictis Castris, locis, & terris, eorumq; omnium, & singularium
iuribus, regalibus, & iurisdictionibus quibuscunque Marchia, & Mar-
chionatus, & pro Marchia, & Marchionatu nuncupatur, vocetur, habea-
tur, & ab omnibus teneatur. Tibi Illustri Io: Francisco, tuisq. filiȷs, &
hæredibus legitimis masculis, ac successoribus infrascripto ordine succes-
6 *suris prædictam Ciuitatem Mantua, † eiusq. territorium, diœcesim, & di-*
strictum cum suprascriptis terris, locis, & Castris, cumque omnibus, &
singulis dicta Ciuitatis, terrarum, locorum, & Castrorum iuribus, hono-
ribus, iurisdictionibus, mero, & mixto Imperio, omnimodaq. iurisdictio-
ne, & coercitione, aquis, stagnis, torrentibus, lacubus, fluminibus, & pi-
scariȷs, molendinis, & iuribus nauigandi, siluis, nemoribus, pratis, pa-
7 *scuis, piscinis, theloneis, conductibus, & potestate fabricandi † monetam*
auream, argenteam, vel aream, & quamcunque aliam legalem tamen,
& datiuam, vallibus, venationibus, & feudis, feudatariȷs, vasallis, va-
sallaggis, Baroniȷs, militibus, iudicibus, plebeis, rusticis, agricolis, iudæis,
8 *& omnibus, quæ tàm de iure, quàm alia quacunque † speciali consuetudi-*
ne, vel lege dicta Ciuitatis, ac prædictorum locorum, terrarum, & Castro-
rum latitudo concernit in Marchionatum, & feudum honorabile, atque
perpetuum Imperiali auctoritate, & de benignitate Cæsarea animo deli-
berato, & ex certa scientia concedentes, & gratiosius conferentes. &c. in-
fra subdit.

Cæterum ad declarationem sæpe nominatarum supra concessionum,
Ordo succedēdi. 9 *vtq. de earum ordine omnis ambiguitas auferratur, † & tollatur omnis*
materia quæstionis, confusionisq. omnis possibilis dubietas extirpetur, de-
tur autem potius locus clarus, & determinatus succedendi in prædicta
Marchionali dignitate, ac omnibus vt supra concessis stylus, & ordo. Hoc
præsenti nostro Imperiali edicto in perpetuum valituro iubemus, dicimus,
10 *& sancimus, † quòd primogenitus tuus Marchio Io: Francisce masculus*
ex vero, & legitimo matrimonio ex te natus in Marchionatu, & Marchio-
nali dignitate, ac feudo præfatis, ac cæteris omnibus, & singulis supra
concessis, & indultis tibi succedat, aliȷsq. fratribus suis, & filiȷs tuis le-
11 *gitimis præferratur, & quòd † dicto primogenito tuo decedente te viuen-*
te filius primogenitus masculus ex legitimo matrimonio ortus dicti pri-
mogeniti præferratur patruis, & aliȷs quibuscunq; in successione Marchio-
natus præscripti feudi, & aliorũ superius concessorũ, quod quò ad prædicta
succes-

12 *successionem † in singulis primogenitis masculis ex legitimo susceptis*
matrimonio descendentium à primogenitis legitimis, vt supra, descen-
dentibus volumus obseruari.

13 *Deficientibus autem primogenitis † primogenitorum descendentium,*
vt supra, à primogenitis, tunc secundogenitus masculus ex legitimo ma-
14 *trimonio ex se ortus SIVE † PRIMOGENITVS AB IPSO*
ordinatè, & secundum rectam lineam masculinam descendens, vt supra,
in dicto Marchionatu, feudo, & cæteris, vt supra concessis successor exi-
15 *stat, quod in cæteris † ab ipso descendentibus per rectam lineam mascu-*
linam, prout de successione suprà primogeniti dictum est, in omnibus ob-
seruetur.

16 *Illud INTELLIGENDO † DE TVIS TERTIO, &*
17 *quartogenitis, & sic deinceps; intelligendo tamen, † quòd illi primoge-*
niti succedentes ad regimen Marchionatus præfati sint habiles, & ido-
nei, sani mente, & ratione, alioquin repertis illis primogenitis, & ijs,
qui ordine suprascripto successuri sunt in defectu rationis, & mentis, aut
18 *alijs defectibus legitimis, & iustis, successio † in proximiorem post eos sa-*
num mente, & indefectuosum, vt præmittitur ordine suprascripto trans-
ferratur, volentes, vt eius rei, videlicet dementis, & alijs defectibus le-
19 *gitimis declaratio † ad ipsum Marchionem, cui succedi habet, spectare*
debeat, & pertineat.

20 Decessit dictus Marchio Io: Franciscus † die 23. Septembris 1444.
relicto Marchione Ludouico eius primogenito, & tribus alijs masculis,
21 qui tres posteriores postea decesserunt † sine legitima prole.

22 Successit in dominio dictus Marchio Ludouicus, qui mortuus † est
de anno 1478. relictis post se quinque filijs masculis legitimis, nempè
Federico primogenito, Io: Francisco, Francisco Cardinali, Rodulfo,
23 & Ludouico electo Episcopo Mantuæ, ex quibus † Federico, Io: Fran-
cisco, & Rodulfo adhuc de præsenti extant descendentes.

24 Successit Ludouico patri Federicus eius primogenitus, † qui obijt
die 13. Iulij 1484., relictis Francisco primogenito, Sigismundo, qui
25 postea fuit Cardinalis, & Ioanne, ex quo † Ioanne adhuc extant de-
scendentes plures legitimi.

26 Successit Marchio Franciscus, † qui vixit vsque ad annum 1519. &
obijt die 29. Martij dicti anni, superstitibus ex eo tribus filijs mascu-
lis, Federico primogenito, Hercule Cardinali magni nominis, & Fer-
dinando militia claro, qui † Ferdinandus genuit Cæsarem, & Cæsar
Ferdinandum iuniorem nunc Ducem Guastallæ.

28 Federicus verò primogenitus † dicti Francisci successit in dominio
Mantuæ, & duxit in vxorem Margaritam Paleologam, quæ mortuo
Ioanne Georgio patruo Marchione Montisferrati sine prole ei succes-
29 sit † in ipso Marchionatu erecto postea in Ducatum, de quo ipsa, & Fe-
30 dericus maritus inuestiti fuerunt † à Carolo Quinto Imperatore die
vltima Decembris 1532. *in feudum nobile, antiquum, paternum, &*

auitum

Forma Inuestituræ Ducatus Montisferrati.

auitum pro se, & eorum descendentibus legitimis masculis, & illis quandocunque deficientibus pro fœminis, ita quòd fœminæ semel, vel pluries exclusæ etiam admitti valeant.

31 Qui Federicus obijt † die 18. Iunij 1540. ex quo remanserunt tres
32 filij masculi, Franciscus primogenitus, Gulielmus, & Ludouicus † pater Ducis Caroli, & vxor grauida, ex qua natus est postea Federicus, qui fuit Cardinalis.

33 Franciscus vti primogenitus successit † in Ducatu Mantuæ tantùm, quia adhuc viuebat mater domina Marchionatus Montisferrati, obijt
34 sine prole die 21. Februarij 1550. & ei successit † Gulielmus frater, qui decessit die 14. Augusti 1587. superstite vnico filio masculo Vincentio.

35 Ex Vincentio, qui obijt † die 18. Februarij 1612. superstites fue-
36 runt tres filij, † Franciscus primogenitus, qui successit in Ducatibus,
37 Ferdinandus, qui † mortuo Francisco fratre de mense Decembris eiusdem anni sine masculis, ei successit, & pariter mortuo ipso Ferdinan-
38 do † sine legitima prole successit Vincentius eius frater.


39 Ex Ludouico † filio tertiogenito Federici, & fratre Gulielmi natus est Dux Carolus, qui nunc viuit.

Nouissimè mortuo Vincentio secundo Duce Mantuæ, & Montisferrati sine descendentibus legitimis, superstite ipso Duce Carolo, &
40 Ferdinando Duce Guastallæ, in quorum Ducatuum possessione † nullo vitio habita reperitur prædictus Dñus Dux Carolus, mouet contro-
41 uersiam † dictus Dux Ferdinandus prætendens successionem Ducatus Mantuæ ad se spectare.

42 Quæritur † igitur quis sit legitimus successor in istis Ducatibus mortuo dicto Vincentio vltimo.

43 Pro cuius facti, & infradicendorum faciliori intelligentia † subijcio arborem Genealogiæ.

Ioannes



IN hac quæstione quis sit legitimus successor in Ducatibus Mantuę, & Montisferrati defuncto Vincentio vltimo Duce sine legitima
44 prole, resoluendum est † sine vlla hæsitatione successionem vtriusque Ducatus spectare ad Serenissimum Ducem Carolum, excluso D. Duce Guastallæ, & cæteris omnibus agnatis. *Dux Carolus est legitimus successor.*

45 Et quò ad Ducatum Montisferrati † nulla est controuersia respectu agnatorum masculorum, quia nulli sunt de comprehensis in prima inuestitura Margaritæ, & Federici, nec de eorum descendentibus excepto ipso Dño Duce Carolo, & eius filijs, & in eo etiam nullam habet prætensionem Dñus Dux Guastallæ, nec alij. Quò verò ad fœminas
46 † ex ipso tenore Inuestituræ relato supra nu. 30. apparet eas esse exclusas, donec extant masculi descendentes ab ipsis Margarita, & Federico, prout demonstrabo in sequenti articulo.

47 Quò ad Ducatum Mantuæ, siue attendamus † ius commune Ciuile, siue ius Canonicū, siue ius Feudorum, siue ius Primogenituræ, siue ius Regni, siue Tenorem inuestituræ, siue deniq; Obseruantiam, semper *Omni iure.*

resultabit

resultauit D. Ducem Carolum esse legitimũ successorem, & nõ alium.

Nam quò ad ius commune Ciuile, cum transuersales omnes in infi-
48 nitum descendentes† à primo inuestito sint capaces feudi, & in eo suc-
cedere possint, cap. 1. ibi, *Ex latere omnes per masculos descendens vsq; in infinitum, si feudum sit paternum, succedunt*, de natur. success. feudi, & ibi Aldaror. sub nu. 4. cap. 1. ibi, *Hìs verò deficientibus vocantur pri-*
49 *mò fratres,† cum fratrum premortuorum filijs, deinde agnati vlteriores*, de success. fratr. aliàs inscribitur rubr. de gradib. succedent. in feud. cap. 1. §. si capitanei, de feud. Marchiæ, cap. vlt. constitut. feudal. Dñi Lothar. Clar. § Feudum. quæst. 79. nu. 2. cum seqq. Schrad. de feud. par. 7. cap. 7. Intrigl. de feud. centur. 2. art. 3. nu. 6. & 9. Rosent. cap. 7. q. 56. nu. 2. & in glos. a, Vigol. Method. iur. feudal. cap. 4. regul. 3. fol. 240.

DuxCarolus legitimus successor inspectto iure communi ciuili.

50 Et successio in feudis reguletur † secundum ius commune, & prout quisq; proximus succederet de iure communi, vt per text. in cap. 1. de successión. fratr. aliàs est de gradib. succedent. in feud. tradit ibi Bald. in fine princip. vers. Nota quòd ordo traditus, Panciroł. cons. 117. nu. 10. Peregr. consil. 5. nu. 7. & 8. vol. 3. Ruger. consil. 1. num. 32. vol. 2. Coler. consil. 20. nu. 3. Prucman. consil. 2. nu. 222. vol. 1. Kninc. de Vestiturar. paction. par. 3. cap. 3. nu. 49. & 51. fol. 477. Rosental. de feud. cap. 7. quæst. 57. nu. 2. & 4. dixi in mea controu. 6. nu. 17.

51 Et is potior sit, † qui præcederet attento ordine successionis ab intestato, Socin. in l. si cognatis, 20. sub nu. 40. versic. nam ille dicitur esse potior, ff. de reb. dub., Roland. cons. 68. nu. 48. vol. 1. Rosent. d. cap. 7.
52 quæst. 56. nu. 23. quod intelligendũ est † respectu gradus, & proximitatis, nam respectu vinculi vtrinq; coniunctus, qui de iure cõmuni ex-
53 cludit † consanguineum tantùm, Authent. itaq; C. communia, de success. Authent. cessante, C. de legitim. hæredib. dixi in mea controu.
54 forens. 353. nu. 2. & 3. non † excludit illum in feudis, Rosental. cap. 7. quæst. 57. num. 1.

Sequitur, quòd D. Dux Carolus tanquàm proximior Vincentio vltimò defuncto sit præferendus; filius enim patruelis, qualis erat Vincen-
55 tius prædictus vltimo loco mortuus, est † in quinto gradu de iure ciuili cum patrueli patris, § quinto gradu, Instit. de grad. cognat. Socin. Iun. cons. 29. nu. 1. & cons. 69. nu. 31. vol. 1. & Dux Guastallæ est in septimo gradu, l. Iurisconsultus, 10. § septimo gradu personæ, ff. de gradib. affi-
56 nit.; & de iure ciuili proximior † defuncti excludit remotiorem, dicta l. Iurisconsultus, 10. in princ. ff. de gradib. affinit. l. 2. ff. de suis, & legitimis, § si plures sint, Instit. de legitim. agnat. success. § si autem plurimi, & § si verò neq; fratres, nec filios fratrum, in Auth. de hæred. ab intest. veniend. Alexand. cons. 44. sub nu. 18. vol. 5. Deci. cons. 294. nu. 2. Cephal. cons. 659. nu. 41. vol. 5. Decian. cons. 27. nu. 1. vol. 1. Panciroł. cõsil. 13. nu. 9. Menoch. cons. 11. nu. 37. Becci. cons. 142. nu. 18. Turret. cõs. 21. nu. 5. vol. 2. Modestin. Piston. cons. 15. nu. 1. & 4. vol. 1. Vt enim
57 modo ordinario, † is, qui est in proximiori gradum excludit, nisi quatenus obstat ius

Quo gradu sit cõiunctus Dux Carolus, & quo Dux Guastalla.

repre-

representationis, quod hic non intrat, Reusner. cons. 58. nu. 46. vol. 1.
58 & qui est prior gradu habet † intentionem fundatam, vt prius succedere debeat, Menoch. cons. 200. nu. 47.

59 Et in materia feudali, † quòd proximiores præferantur in feudo, tradunt Aluarot. in cap. 1. ante nu. 1. in verb. *proximiores*, de natur. succession. feudi, Idem Aluarot. in cap. 1. §. his verò, sub nu. 7. de gradib. succedent. in feud. aliàs est de success. fratr., Roman. cons. 22. in fine, Roland. cons. 82. nu. 36. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 832. nu. 59. vol. 7. Duaren. de feud. cap. 11. sub nu. 14. Bercolt. de feud. cap. 7. nu. 84. fol. 411. Prucman. cons. 21. sub nu. 96. vol. 1. Ruger. cons. 2. num. 32. vol. 2. Andreas Kninch. de vestiturar. pactiон. part. 3. c. 3. nu. 3. 4. 20. & 51. fol. 475. & 476. per text. in cap. 1. §. Titius, ibi, *proximior agnatus*, si de feud. defunct. fuerit contentio.

60 Et ista proximitas consideratur † secundum computationem, & ordinem gradus iuris Ciuilis, cap. 1. in illis verbis, *eodem prorsus obseruando quantum ad ordinem gradus, qui cõtinetur in legibus*, An ille, qui interfec. fratr. domin. sui, feud. amittat, Aluar. in cap. 1. in princ. sub nu. 3. vers. Quæro qualiter debet fieri, de gradib. succed. in feud., aliàs est de success. fratr., idem in cap. 1. sub nu. 4. de natur. success. feud., Mantic. de tacit. & ambiguis conuentio. lib. 23. tit. 29. nu. 1. Sud. consil. 5. nu. 25. Rosental. cap. 7. q. 57. sub nu. 9.

SI verò successio ista consideranda esset secundum ius Canonicum, adhuc idem prorsus dicendũ foret, vt debeatur Serenissimo Duci Carolo, quia diuersitas computationis graduum proximitatis de iure *Dux Carolus legitimus successor inspecto iure Canonico.*
61 Canonico à computatione de iure Ciuili operatur, † & attenditur tantùm respectu matrimonij contrahendi, non etiam successionis deferendæ, quia, cum matrimonium non fiat, nisi mediante coniunctione
62 duarum personarum, idcirco † duæ personæ cõsiderantur tantùm pro vno gradu de iure Canonico in ipsa computatione; sed vbi tractatur de
63 successione, tunc quia respectu successionum ius Canonicũ † non disponit diuersimodè à iure Ciuili, fit computatio vtroque iure attento se-
64 cundum ius Ciuile, † & ita etiam in quacunque alia dispositione, nisi, vbi specialiter cautum sit computationẽ fieri debere secundum ius Canonicum, vt declarat Alexander II. Papa in cap. ad sedem. 2. 35. q. 5. glo. in §. hactenus, in verbo *generata*, Instit. de gradib. cognation. Isern. in cap. 1. nu. 23. de his, qui feud. dare possunt, Bartol. in l. si auiæ, 2. sub nu. 1. & ibi Angel. pariter sub nu. 1. Bald. sub nu. 7. vers. Item, quia illa computatio, Salicet. sub nu. 4. versic. Item quia illa computatio, Castr. sub nu. 5. Roman. sub nu. 8. Alexan. sub nu. 6. Iason. sub nu. 2. versic. Computatio autem, & Dec. sub nu. 14. C. de successor. edict. Idem Dec. cons. 444. sub nu. 1., vbi dicit, quòd in successionibus semper attenditur
65 ius Ciuile, † etiam secundum dispositionem iuris Canonici, citans dictũ cap. ad sedem, 2. 35. q. 5. Frbster. de successiон. ab intestat. lib. 3. cap. 28. nu. 2. Rosental. de feud. cap. 7. quæst. 57. sub nu. 9. glos. h. &

66 ideo non bene videtur locutus † Roman.in d.l.si auię,2.sub nu.8.C.de successor. edict. dum scripsit, quòd in tertiis, in quibus seruatur ius Canonicum, debet fieri computatio graduum secundum ipsum ius Canonicum, quia hoc non est verum in successionibus, nam eo respectu non est inducta dicta computatio à iure Canonico, vt in d. cap. ad sedem, 2. 35. quæst.5. & in hoc Alexand.in d.l. si auiæ,2. sub nu.6. C.de succes-
67 sor.edict. improbat † Romanum, & dicit melius loqui Salicetū, & hoc idem volunt omnes Doctores superius proximè adducti, & alij congesti à Rosental. de feud.cap.7.quæst.57.sub nu.9. glos. h. Marta de successiion.legal.par.2.quæst.4.art. 6. num.34.

Et licèt quandoq; successio deferatur proximiori secundum compu-
68 tationē graduum de iure Canonico, Tamen id est † ex particulari dispositione, vt in multis Statutis Italiæ, sed circumscripta specifica dispositione, semper in successionibus, siue in terris Ecclesię, siue vbi aliàs seruatur ius Canonicum, siue in terris Imperij, computatio graduum, & proximitas consideratur secundum ius Ciuile.

Secundò, vbi etiam computatio fieri deberet secundum ius Canonicum, adhuc proximior esset Serenissimus Dux Carolus, & remotior
69 Dñus Dux Guastallæ, nam computatio fit † habito respectu ad stipitē, per quem, & quo mediante, fit, & causatur coniunctio, glos. in cap. fin. in verbo *remotior* de consanguin. & affinit. Froster. de successionib. ab intest. lib.3.cap.28. sub nu.2. aliàs opus esset incipere computationem ab Adam; de iure enim Canonico in linea transuersali quoto gradu re-
70 motior persona distat † à communi stipite, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam, cap.quod dilectio, 3. & d. cap. fin. & ibi glos.in verb. *remotior*, versic. *& quoto gradu*, de consanguin. & affinit. Castr. consil.376. col.1. in fine versiculi, iuncta regula Canonistarum, vol.2. Magon.decis. Florent.106.incip. Duo extant, nu.2. aliàs est decis. 105. *la seconda*, nam in aliquibus libris sunt duæ decisiones sub di-
71 cto num.105. Facta autem computatione † habito respectu ad Ducem Federicum communem stipitem inter Ducem Vincentium vltimò defunctum, & Ducem Carolum, ipse Dux Carolus est in tertio gradu ex latere dicti Vincentij, & in secundo ex latere proprio; Dñus autem Dux Guastallæ, qui habet altiorem stipitem vnu gradu, nempè Franciscum
72 patrem Federici, & Ferdinandi, esset † in quarto gradu inspecto latere defuncti, & in tertio attento proprio latere, secundum dictum textum in cap. quod dilectio, 3. & cap. fin. & ibi glos. vltima, de consanguinit. & affinitat.

Sed hæc superfluò dicta sunt, quia verior, & communior est opinio,
73 quòd in feudis computatio graduum † fiat secundum ius Ciuile, non autem secundum ius Canonicum, vt obseruant Andr. de Isern. in cap. 1. num.21. in fine, de his qui feuda dare possunt, Curt. Iun. in tract. de feud. par.3. principali in secundo membro nu.52. fol.502. in parua impressione Coloniensi anni 1600. Mantic. de tacitis, & ambiguis con-

nention.lib.23.tit.29.nu.1. Rosental.cap.7.quæst.57.sub nu.9.glos. h. Godde. disputat.feudal.7. thesi 5. littera e. fol.66. per textum in d.cap. vnico, ibi, *Eodem prorsus obseruando, quantum ad ordinem gradus, qui continetur in legibus*, An ille, qui intersec.fratrem domini, & dixi etiam supra num. 60.

SI autem in præsenti quæstione attendamus ius Feudorum, super quo totum fundamentum faciunt aduersantes, certum est quoque 74 proximiori † deferri successionem, cap.1.§.Titius, ibi, *proximior agnatus*, si de feud. defunct. fuerit contentio, cap.1.ibi, *& hoc est quod dicitur ad proximiores pertinere*, de natur. succession. feud. & dixi supra num.59.

Dux Carolus legitimus successor inspecto iure feudorum.

Et licet controuertatur, cuius proximitas sit attendenda, scilicet pri-75 mi inuestiti, vel vltimi defuncti, & multi voluerint attendendam † esse proximitatem respectu primi acquisitoris, non autem vltimi possessoris, Calder. in cons.13. sub titulo de feudis, vers. & dicitur, quòd ille filius, fol.mihi 60. Bald.cons.137. sub nu.1. vol.2. (in quo tamen casu Baldi contrarium consuluerunt Angel.cons. 321. in secundo dubio, & Robert. Salic. inter consilia eiusdem Baldi cons. 205. vol.5.) idem quod attēdatur proximitas primi scripserunt Paris.cons.23.sub nu.131.vol.1. & cons.65.nu.22.vol.3. Natt. cons.128. nu.5. Rube. Alexandr. cons. 85.nu.7.vers. vltimò est aduertendum, Gail.lib.2. obseruat.149. nu.2. & obseruat.154.nu.3. Thomas de Marin.de gener.& qualitat.feud.tit. 2. de feud.ex pact.& prouidēt.sub nu.25.vers.ex hoc infertur, Decian. cons.98. nu.14. vol.3. Philippus de Mathæis inter consilia Achadem. Marpurgen. cons.26. nu.130.& 132.vol.2. Menoch.cons.690. nu.5. & cons. 815. nu. 59. vbi tamen citat multos pro hac opinione, qui certè expressè contrarium dicunt Scrader. cons.3.num.147.& num.341. Peregr. cons.20. nu.4.vol.2. Godde.de feud.disput.7. thesi 5. littera d. qui tamen hanc non firmat, sed distinguit, sicut & distinguit Vulte. de feud. lib.1.cap.9. sub num.112. vers. proximitatem, de qua distinctione dicam nu. 345.

Obiectū partis aduersæ, cui respōdetur nu. 81. cum seqq. & nu. 221.

Qui mouentur per text. in cap.1.§. si Capitanei de feudo Marchiæ, 76 vbi si aliquis ex filijs, vel nepotibus decedat † sine descendentibus masculini sexus, cęteri fratres, vel nepotes per inuestiturā patris, vel aui in feudo succedunt, & similiter inquit intelligendum esse de consobrinis.

Textus contrarij, qui resoluuntur nu.219.

Ad hoc adducunt quoq; textum in c.1.de eo, qui sibi, vel hæredibus 77 suis, dum dicit nō esse locum † fęminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de ipso feudo fuerit inuestitus.

Mouentur etiā ex Angel. in cons.110.col. antep.sub nu.6.vers. Ego 78 semper originem, vbi dicit, quòd in feudis semper attenditur † origo, etiam si per mille manus ambulauerit, quia semper vltimus primi successoris ab eo habet causam, à quo habet radicem.

Attenta autē proximitate primi inuestiti, Dux Carolus, & Dux Fer-79 dinandus Guastallæ essent † in pari gradu, & stante prærogatiua ætatis in

80 tis in primogenitura præferendus † videretur ipse D. Dux Guastallæ
vti senior, vt dicam num. 244.

Verior tamen, & frequentiori nostrorum calculo probata est sente-
81 tia, † quòd in successione feudi indistinctè attendatur proximitas vlti-
mi defuncti, non autem primi inuestiti.

Dux Carolus legitimus successor, quia proximior ultimo defuncto, cuius proximitas attenditur vsque ad num. 225.

Quæ probatur textu in cap. 1. in princip. & §. 1. de success. feudi, &
textu in cap. 1. §. his verò deficientibus, de success. fratr. seu de gradib.
succed. in feudis, in quibus textibus in diuersis facti speciebus semper
82 successio defertur † gradatim secundum proximitatem vltimi possesso-
ris defuncti; idem probat etiam text. in d. cap. 1. §. Titius, si de feud. de-
funct. fuerit contentio. & melius probatur manifesto textu in cap. 1. §.
final. de natur. succession. feud. cuius verba vide num. 231. & 232. vbi
83 textus explicando quomodo intelligatur id, † quod dicitur feudum ad
proximiores pertinere, inquit formando casũ in terminis nostris, quòd,
si feudum transiuerit de stipite in stipitem, putà vsq; ad quartum stipi-
tem, & in diuisione semper totum deuenerit ad vnum tantùm, vt hìc,
vigore primogenituræ, qui singuli stipites plures habuerint descenden-
tes, & lineas, si ille vltimus, ad quem peruenit feudum, decedat, nullo
84 relicto filio, proximiorem † in successione, ad quem feudum peruenire
debet, intelligi eum, qui est de linea stipitis huius vltimi defuncti.

Et ibi Isernia nu. 31. in fine dicti numeri notat, quòd vbi feudum est
85 diuisibile succedũt † omnes ex illa linea, ex qua vltimus defunctus de-
scendebat, & si feudum non esset diuisibile, vel vnus tantùm extaret ex
86 dicta linea, ille solus diceretur † proximior defuncto, & ei succedere de-
beret, & ita omnes Doctores mox citandi intelligunt Iserniam, vt de-
terminet attendendam esse proximitatem vltimi possessoris mortui,
Quod magis explicitè etiam voluerunt Bald. consil. 200. propè finem
87 vol. 5. ibi, *Sicq; pactum interpretandum est, † vt inter fœminas illa sit po-
tior, quæ succedit in locum personæ proximioris, non attento, quòd à primo
stipite, in quo fuit prima Inuestitura facta distet remotiore gradu*, An-
88 ton. de Butr. cons. 47. sub nu. 2. † versic. *Non obstantibus his putà filium,
& filios Alberti proximiores gradu anteferri*, Socin. in l. si cognatis, 20. sub
num. 40. propè finem de rebus dubi. vbi inquit, *Pro ista etiam opinione
videtur esse textus in cap. 1. de natur. success. feud. vbi in feudo paterno, li-
89 cèt feudum deferratur ex prouisione primi, † tamen consideratur proxi-
mitas respectu vltimi admissi, & hoc videtur decidere in terminis Andr.
de Isernia in d. cap. 1. vbi dicit, quòd ille admittitur ad feudum, qui est
proximior vltimo vasallo decedenti*, idem Socin. cons. 249. sub num. 21.
versic. Septimò ad idem, & versic. Octauò hoc idem vol. 2. cuius verba
præcisa sunt; *Septimò ad idem adducitur id, quod voluit Paulus de Castro
in quodam suo consilio decisiuo reddito in Ciuitate Camerini, in quo vo-
luit, quòd, si quis stipulatus sit pro se, & descendentibus vsque ad tertiam
90 generationem, † quòd succedere debeat proximior ei, qui vltimo loco de-
cessit, ad quem tota emphiteusis deuoluta erat, licet non esset proximior
stipulatori,*

stipulatori; Octauò hoc idem apertissimè decidit in terminis D. Andr. de
Isernia in d.cap.1. in fine de natur. success.feud., vbi vult, quòd, si à reci-
91 piente processerunt † plures linea mortuo feudatario, ad quem feudum
deuenit, putà ex diuisione, admittitur alius alterius linea, qui est proxi-
mior decedenti. Idem Socin.cons.252. sub num.17. vol.2. ibi, Secun-
dum, quòd in successione feudi, & paulò infrà ibi versic. Secundum verò
92 dictum, reprobat † Calderinum in d.cons.13. in oppositum allegatum
inquiens, & contra ipsum videtur casus in cap.1. §. his verò de gradib.
succedent. in feud. vbi in feudo paterno, siue antiquo filius fratris succe-
93 dit † in locum patris, & cum patruo succedit, & idem probatur in d.cap.1.
in princip. de successión. feud. & per glos. in cap.1. de natur. success. feud.
94 & tamen in feudo antiquo, si attenderetur † persona primi inuestiti, filius
nō assumeret sibi locum patris, vt in d. Authent. post fratres, Idem Socin.
cons.86.nu.14.vol.3. his verbis, Comprobo, quia hoc decidit in terminis
D. Andr. de Isern. in d.cap.1. in fine de natur. success. feud. vbi dicit, quòd,
95 † quando à recipiente processerunt plures linea mortuo feudatario, & agi-
tur quis admittatur ad feudum, mortuo feudatario, ille admittitur, qui
est proximior decedenti, Idem Socin.cons.73. num.16. vol.4. Prædicta,
inquit, etiam probantur per textum in cap.1. de natur. success. feud. vbi
96 feudum antiquum, † quod virtute concessionis transire debet in descen-
dentes, & eis deficientibus in transuersales proximiores ipsi vltimo dece-
denti, qui feudum tenebat, & non proximiores primo inuestito, Corn.cō-
sil.42. sub nu.2. vol.4. ibi, Et magis in terminis est textus in cap. vnic. de
natur. success. feud., vbi si duo fratres diuidunt feudum, & alter decedit,
97 succedūt † in portione sua sibi proximiores, & etiam si totum feudum illi
fuerit assignatum, succedunt pariter in toto feudo eius proximiores, licèt
quò ad stipitem sint alij in æquali, & fortè in proximiori gradu, vbi deci-
dit propriè casum nostrum, in quo D. Dux Carolus est proximior vlti-
mo defuncto, & in æquali gradu cum D. Duce Guastallæ respectu pri-
mi stipitis, idem Corn.cons.159.nu.8. d.vol.4. ita scribit, Facit optimè
98 cap.1. de natur. success. feud. vbi est notabile, quòd in feudo stipulato † ab
vno stipite, quod deuoluitur ad agnatos, deuoluitur ad filios, qui diuise-
runt bona, & dictum feudum fuit vni ex filijs assignatum, licèt feudum
antiquum deuoluatur etiam ad agnatos non hæredes, tamen succedunt in
illo feudo proximiores ipsi, ad quem feudum deuolutum fuit, licet alij sint
fortè proximiores stipulatori, Deci. cons.445. num.19. vbi dicit, Solùm
ergo persona dicti Manfredi attenditur, & per eius mortē vocati sunt eius
99 proximiores, quia in successione feudi proximiores † decedentis vocati
sunt, vt notatur per Andream de Isernia in cap.1. in fine de natur. success.
feud. cum similibus. Ruin. cons.166. sub nu.5. vol.2. formiter inquit,
Et text. in cap.1. de natur. success. feudi, vbi feudum, quod est acquisitum
100 ex prouisione Principis, defertur † proximiori respectu vltimi admissi,
& istud secundum Socinum videtur decidere ibi Andr. de Isern. dum di-
cit, quòd ille admittitur ad feudum, qui est proximior vltimo vassallo de-
cedenti.

cedenti. Idem Ruin. consil. 167. sub nu. 7. vol. 2. vbi habet hæc verba,
Et ita per illum textum in terminis voluit Andr. de Isern. dicens, quòd
101 si à recipiente processerunt plures lineæ, mortuo vassallo, † ad quem feu-
dum deuenit, putà ex diuisione, admittitur alius alterius lineæ, qui sit
proximior decedenti. Idem per eadẽ verba repetit ipsemet Ruin. cons.
191. sub nu. 8. vers. & istud in terminis. dicto vol. 2. & cons. 203. sub
nu. 20. eod. vol. 2. ibi: Et in specie, quò ad casum nostrum istud etiam
102 sensit Andr. de Isern. dicens, quòd ille admittitur † ad feudum, qui est
proximior vltimo vassallo decedenti. Paris. cons. 2. sub nu. 47. vol. 1. lo-
quens de Socino inquit, Tamen ipsemet cons. 73. nu. 16. in 4. vol. dicit
103 in feudo antiquo succedere agnatum proximiorem † vltimo vassallo de-
functo, non autem primo inuestito. Idem Paris. cons. 23. sub nu. 263.
dicto vol. 1. respondendo contrarijs inquit, Nam potest dici, quòd per
104 inuestituram factam primo succeditur, † tamen persona vltimò dece-
dens consideratur. Bero. cons. 65. nu. 92. vol. 1. Respõderi potest, inquit,
quòd in huiusmodi successionibus, ad quas plures sunt vocati ordine suc-
cessiuo per nomen collectiuum plurium graduum, & personarum, vt per
105 nomen hæredes, vel descendentes, tunc † semper proximiores vltimi de-
cedentis, & nõ primi antecessoris censentur vocati, & loquitur in Mar-
106 chionatu; & paulò infra subdit id, quod adaptatur † præcisè casui
nostro cum ipsismet circunstantijs, sed respectu vltimi Marchionis
Deiphebi antiquioris, q d. Marchionatũ tenuit, & possedit, & de eo testa-
107 tus est hæredẽ instituẽdo Io: Paulũ, ipse Io: Paulus dicitur † proximior, q̃
sit Bonifacius, & ab intestato tãquàm proximior successisset, quia quò ad
eum Io: Paulus dicitur in quarto gradu secundum ius ciuile, Bonifacius
108 verò in quinto gradu. Et nu. 94. dicit indistinctè veriorem † esse sen-
tentiam contra Calderinum, & Baldum, quòd attendatur proximitas
vltimi defuncti. Idem Bero. cons. 120. nu. 56. vol. 2. sic scribit: Proxi-
109 mitas autem consideratur nõ habito respectu † ad primum stipitem, nec
ad eum, à quo bona proueniunt, sed ad eum, qui tenebat bona, & vltimò
decessit. Tiraquel. de retract. consang. §. 11. glos. 1. nu. 19. Et hoc quoq;
110 (inquit) in successionibus feudorum obseruatur, vt † inspiciatur proxi-
mitas vltimi vassalli, non primi acquirentis, Vbi hoc pluribus cõpro-
bat Thob. Noni. cons. 1. nu. 47. ait: Secundò respondetur, quòd quan-
tumcunq; feudum istud, seu potius huiuscemodi Castra habeantur ab eo,
111 cui primò fuerunt concessa, & sic in feudis semper respiciamus † pri-
mum stipitem, Bald. in cap. 1. col. 1. ad finem, & ibi Martin. Laudens. col.
112 . 2. de eo, qui sibi, vel hæredibus, cum similibus, tamen † in feudi succes-
sione nõ admittitur proximior primo inuestito, sed potius eo excluso pro-
ximior vltimo morienti, vt est textus expressus loquens in feudo an-
tiquo, in capit. primo ad finem, de natur. successiou. fend. Gozad. cons.
4. sub num. 17. ibi: Et per text. in cap. 1. de natur. successiou. feud. vbi
113 in feudo paterno, licet feudum deferratur ex successione primi, † tamen
consideratur proximitas respectu vltimi admissi, vt ibi notat Andr. de
Iser-

Iserni. Crauet.consf.798. nu.15. ita inquit, Et proximior in feudi suc-
114 cessione ex persona eius æstimatur,† qui mortuus postremo est, & si lineę
alterius ratione habita proximior alius primo acquirenti inueniatur;
115 Idem consf.950.nu.1. cum seqq. vbi dicit semper præferri † eum, qui
proximior est vltimo grauato, & si defficit illi proximior, tunc peten-
da est proximitas à primo inuestito, Pancirol.consf.170. sub nu.2. idē
vult his verbis, Tertio id probat cap.1. de natur.success.feud., vbi, si quis
accipit feudum paternum pro se, & descendentibus sub nomine collecti-
uo, & feudum peruenerit ad vnum ex pluribus fratribus, & filijs inue-
stitis, donec supererit aliquis ex linea ipsius, ad quem peruenerat, non po-
116 test † ad alios alterius linea peruenire etiam proximiores inuestito; ex
117 quo probatur semper admitti proximiores † vltimo decedenti, non autem
primo inuestito, & id notat Andr.de Isern.in cap.1.§.1.de natur.succes.
118 feud. vbi notat in successione feudi paterni attendi † proximitatem vl-
timi morientis, non primi acquirentis. Natt.consf.679. nu.11.ibi, De-
bemus dicere etiam quò ad istam qualitatem hæreditariam debere habe-
119 ri respectum † ad vasallum, qui vltimo loco feudum habuit, non ad pri-
mum, qui feudum acquisiuit. & nū.12.inquit, & ideo recipiendo feudū
120 pro descendentibus hæredibus, debet acquiri † descendentibus, qui sunt
hæredes vltimi vasalli, & non descendētibus, qui sunt hæredes primi re-
cipientis. & ibi ratione, & authoritate Socini, & aliorum hoc compro-
bat Alciat.consf.21.nu.3.lib.3. aliàs est consil.184. Tertiò, inquit, quia
concordat cum natura successionis feudi, quæ est, vt aliquo mortuo attē-
121 damus † ad eum, qui est proximior ipsi descendenti, non ad eum, qui est
proximior primo inuestito. & citat Andream, & alios, Idem Alciat.cō-
sil.207. nu.9.lib.9. aliàs est consf.782. his verbis: Et istud regulare est
122 in materia successionis feudi, vt aliquo mortuo attendamus † ad eū, qui
proximior est ipsi decedenti, non autem ad eum, qui proximior est primo
inuestito, vt est text.in cap.1.in fine, de natur.success.feud. Ripa in l.ex
facto, 17.in princip. sub nu.6.ff.ad Trebell. Et pro istorum, inquit, sen-
tentia facit etiam text.in cap.1.de natur. success. fend. vbi in successio-
123 ne feudi inspicitur † proximitas vltimi decedentis, non primi acquirē-
tis. Cephal.consf.46.sub nu.25. ibi: & nihilominus in successione attē-
124 ditur proximitas respectu vltimi mortui,† cui feudum, vel emphiteusis
fuit acquisita, non autem proximitas primi acquirentis. & consil.468.
nu.67.vol.4.in illis verbis: Ratio esse potest, quoniam ad feudi successio-
125 nem semper admittitur † proximior vltimi defuncti. idem Cephal.cō-
sil.600.nu.20.eodem vol.4. vbi ità scribit: Nihilominus ad obtinendū
126 successionis ordinem præfertur proximior † inspecta persona vltimi mo-
rientis, non autem prioris inuestiti, vt est text.in cap.1. ante finem, de
natur.success.feudi. Socin.iun.consil.126.nu.27.vol.1. scribit in hæc
verba: Quintò optimè facit cap.1.de natur.success.feud. vbi, si feudum
paternum acceptum pro se, & descendentibus, & sic sub nomine collecti-
127 uo, quod intelligi debet † gradatim proximioribus, peruenerit in diui-

sione

sione ad vnum ex pluribus fratribus, & filijs stipulatoris, donec supererit
128 aliquis ex linea ipsius, ad quem peruenerat, non potest † ad alios alterius
linea peruenire, etiam quòd aliquis fuerit stipulatori proximior, & sic
129 clarè ibi probatur inspici proximitatem † respectu vltimi decedentis, &
130 non primi stipulatoris, licèt ex eius prouisione † feudum fuerit acquisi-
tum. idem Socin. iun. consi. 135. nu. 6. in fine d. vol. 1. ibi: Item atten-
131 di debere proximitatem † respectu eius, qui vltimò decederet, & secun-
dum quod ab intestato succederetur ei. Idem Socin. iun. consi. 101. sub
nu. 3. vol. 2. his verbis: Præsuppono, quòd, cum feudum, de quo agitur,
fuerit, & sit antiquũ, vt mihi in facto præsupponitur, de sui natura tran-
132 sitorium ad agnatos † vltimo loco decedentis sine filijs masculis, qui ta-
men agnati sint de descendentibus primi inuestiti, & tales agnati sunt
habituri feudum suo proprio iure ex prouisione primi inuestiti, & ex gra-
tia, & concessione concedentis. Gabr. consi. 86. nu. 14. vol. 1. Confirma-
tur, inquit, hæc opinio, quia certi iuris est in feudo inspici personam vlti-
133 mi, † & nisi aliter conuentum sit admitti proximiores eo ordine, quo vl-
timo, propter cuius mortem vacat, ab intestato succeditur, cap. 1. de na-
tur. success. feud. Idem Gabr. consi. 68, nu. 8. vol. 2. ibi; Secundò etiamsi
essent de tertia, & sub verbis inuestitura pronepotes continerentur, ta-
134 men † id ipsis nihil prodesset, quoniam mortuo eo, ad quem tota res deue-
135 nit, non admittuntur omnes, qui cõtinentur verbis inuestitura, sed † pro-
ximiores defuncti, & vltimi possessoris, cap. 1. de natur. success. feudi, vbi
136 traditur vocari primò † proximiores ex illa linea, de qua defunctus fuit,
deinde eos, qui sunt de alia linea secundum gradum, & ordinem succes-
sionis. Roland. consi. 100. nu. 20. vol. 1. ita scribit: Secundò non obstat,
quòd in successione feudi attenditur proximitas eius, à quo feudum inci-
137 pit, quia respondetur, † quod contrarium vult textus in cap. 1. de natur.
success. feud. vt supra dixi, vbi licèt feudum paternum deferratur ex pro-
138 uisione primi, † tamen in eo consideratur proximitas respectu vltimi ad-
139 missi, & istud sensit ibid. Iseru. dum dicit, quòd ille admittitur † ad feu-
dum, qui est proximior decedenti. Idem Rol. consi. 82. nu. 36. vol. 2. in-
quit: Moueor ex communi conclusione, qua habet, quòd in feudis antiquis
140 agnatus proximior † vltimo feudatario morienti, & tenenti feudũ suc-
cedere debet. Decian. consi. 100. sub num. 6. vol. 3. sic inquit: Secundò ad
idem videtur optimus textus in cap. 1. de natur. success. feud. vbi, si pater-
num feudum fuerit receptum pro se, & descendentibus, cum nomen il-
141 lud, descendentibus, sit collectiuum, interpretabitur † gradatim, & ordi-
ne successiuo, ideo, si postea in diuisionibus factis inter ipsos descendentes
142 deuenerit ad vnum ex eis post eius mortem, tale feudum † transibit non
ad proximiorem illi, qui primò acceptauit dictum feudum, sed ad proxi-
miorem eius, cui in diuisionibus obuenit, & sic ad proximiorem deceden-
143 tis, & donec supererit aliquis ex dicta linea, † numquàm transibit feu-
dum ad alios alterius lineæ, quamquàm fortè forent proximiores primo
acquirenti, licèt ex eius prouisione feudum fuerit acquisitum, quæ do-
ctrina

ctrina præcisè ferit casum nostrũ. Idem Decian. cons.3. nu.271. vol.
4. vbi ita scribit: *Non obstat quartum, quòd scilicet Illustrissimus Dux*
videatur de proximioribus attenta persona primi inuestiti, quia dico id
144 *verum non esse, † quòd in successionibus feudorum attendatur proxi-*
mitas primi, nõ vltimo loco defuncti, vt declarat Socin.cons.252.nu.17.
vers. secundum verò dictum Calderini, vol.2. vbi in specie reprehendit
in hoc Calderinum d.cons.13. in contrarium adductum, quamquàm mi-
145 *hi videatur, † quod Calderinus non mereatur reprehendi, quia non di-*
cit illud, ad quod & Socinus, & ego suprà in contrarium adduxi, & ibi
latius explicat sensum Calderini multũ diuersum ab eo, ad quod solet
allegari, subditque num.272. *Et ideo concludendum verius esse, quòd*
146 *proximitas attendatur † respectu vltimi in successione ab intestato, pro*
quo est textus apertus in cap.1. de natur. success. feud. vbi, si feudum pa-
ternum deuoluatur ad descendentes masculos, & in diuisionibus deue-
147 *niat ad vnum ex dictis fratribus, admittentur † proximiores de gradu*
in gradum, donec superest aliquis de dicta linea, licèt extent alij proxi-
miores respectu primi inuestiti, Maluas. cons.31. nu.9. ita scribit: *Ter-*
tiò facit textus in cap.1. in fine de natur. success. feud. vbi licèt feudum
148 *ex prouisione primi parentis deferratur, † in eo tamen consideratur pro-*
ximitas vltimi admissi, & ibi tradũt Isern. & alij feudistæ, quod ad suc-
cessionem feudi semper admittitur, qui proximior est vltimo vasallo. &
149 ibi nu.14. reprobat † dictum consilium Baldi 137. sub nu.1. vol.1. pro
contraria opinione adductũ suprà nu.76. Zuccard. cons.51. nu.3. ibi,
150 *Sed sic est, quòd attendi debet proximitas † relatiuè ad Petrum Anto-*
nium, nõ autem ad Marsilium per ea, quæ latè tradit Socin. in l. si cogna-
tis, colu. vlt. in vltim. quæst. ff. de reb. dubi. Riminald. iun. cons.108. nu.
31.32.33. & 34. cuius formalia verba sunt, *Succedũt deinde dubia, qui-*
bus dicitur hos filios Comitibus agnatis aduersarijs præferri non posse,
cum dicti Comites in potiori gradu sint primo inuestito, cuius persona
151 *debet † attendi, non autem pupilli mox defuncti, ad quod adducitur Cal-*
derin. cons.13. de feud. in princip. Angel. consil.110. nu.6. vsq; in finem,
152 *& Rube. cons.85. colum.2. in fine, qui dicit † in feudo non hæreditario,*
vt hoc est, non debere attendi proximitatem illius, à quo feudum vacat,
sicq; vltimo morientis, sed proximitatem primi acquirentis, & sui stipi-
tis, sequitur Tiraquel. de retract. lignag. §.11. glos.2. nu.19. Sed huic
motiuo facilè respondeo, quia stat textus clarus in cap.1. ad finem de na-
tur. successión. feud. quòd vbi plures agnati procedentes ex diuersis li-
neis aspirare volunt ad successionem feudi alicuius vasalli eorũ agnati
153 *mortui, primò vocandi sunt † ad dictam successionem existentes in li-*
154 *nea communi cum mortuo, & si nullus ex ea linea superest, † tunc tran-*
seundum est ad alias lineas, seruata graduum prærogatiua, & ita signan-
ter annotant Aluarot. Andr. de Isern. & Afflict. ibi ponentes casum, &
exemplum latius in eo textu, & præter eos addo Socin. cons.86. colum. fin.
vol.3. idem tenentem, & expresse concludentem proximitatem volentiũ

155 *succedere considerandam esse † attenta persona nuper defuncti, non au-*
tem primi inuestiti, Idemq; tradit Socin. consil. 73. num. 16. vol. 4. Deci.
consil. 445. nu. 19. & vltrà prædictos est textus in cap. 1. de success. fratr.
vel de gradib. succed. in feud. vbi ad feudum primò filios, & ex eis nepo-
156 *tes admissis, † deinde subdit, quòd his deficientibus vocantur primò fra-*
tres cum filijs præmortuorum fratrum, deinde agnati vlteriores, quod
ita intelligendum est, si feudum sit paternum, hoc est, si fuit illius paren-
tis, qui eius fuit agnationis communis, ibi enim loquitur de feudo pa-
157 *terno, † & sic non hæreditario, & tamen cõsiderat proximitatem in suc-*
cedendo respectu morientis vltimo loco, non autem primi inuestiti, & in
158 *specie Decius in d. cons. 445. nu. 14. loquitur † in feudo non hæreditario,*
& tamen nu. 19. concludit, vt supra; Nec obstat Calder. in d. consil. 13.
159 *quia reprehendit † eum Socin. cons. 252. vol. 2. colum. 10. vers. Secundum*
160 *vero, & præter eum, Calder. se fundat † in conuentione, non autem quia*
feudum non esset hæreditarium, imò forsan erat hæreditarium, quia pro
hæredibus fuerat datum, hactenus Riminaldus iunior, qui postea pro-
161 sequitur ibi respondendo † ad consilium Angeli, & Rubei, Ernest.
Cothman. (aduertat lector, quòd libros prohibitæ lectionis in hoc li-
bro adductos, teneo, & lego cum licentia Superiorum) Cothman. in-
quam cons. 26. nu. 73. his verbis, *Sed inuestitura ratio, ac potestas in-*
162 *spicitur, & vel maximè gradus ratio, ac proximitas attenditur, † ita vt*
inuestiti non iure successionis, quæ immediatè fiat primo impetranti, sed
163 *simultanea inuestitura virtute, nec ex eo, † quod primi impetrantis suc-*
cessores immediati sint, sed ex gradus prærogatiua, qua defunctũ, & vlti-
mum possessorem, de cuius successione agitur contingunt simpliciter suc-
cedant, textus est satis manifestus in cap. 1. de natur. success. feud., quẽ
ẽt ea ratione intelligendum esse feudistarũ princeps, & auriga Andr. de
Isernia ibid. nu. 32. haud obscurè indicat, dum textus iuris ciuilis, l. cum
ita, §. in fideicommisso de legat. 2. & l. final. C. de verb. signif. pro sentẽtia
sua confirmatione allegat; vbi pluribus numeris sequentibus latè hanc
conclusionem comprobat, & iterum hoc idem firmat ibi nu. 325. cum
seqq. Caneti. in extrauaganti *Si aliquem*, sectione incipiente Defun-
cto ergo Barone, nu. 12. fol. 231. inquit: *Non obstat ratio illa, quòd in*
164 *feudis succeditur primo acquisitori, quia hoc falsum, † nam regulariter*
in feudo succeditur vltimo morienti, cuius attenditur proximitas. Io:
Angel. Pisanel. in responso impresso post dicta commentaria Canetij
165 nu. 12. fol. 339. ibi: *Iam clarè demonstratur, quòd proximitas sit † in*
fratre collaterali respectu vltimi decedentis, prout est regulare in suc-
166 *cessionibus feudorum, vt attendatur † proximitas respectu vltimi mor-*
tui, de cuius successione tractatur, cap. 1. in fine, vbi Andr. ita declarat,
de natur. successiõ. feudi. Collegium Patauinum in causa successionis
167 Status Principis Bisiniani, quæ fortè est illa, † quam in contrarium ad-
ducit Marta pro D. Duce Guastallæ, inter consilia Peregr. cons. 4. in
octaua quæstione nu. 44. vol. 1. ita scribit: *Nam in successionibus, quæ*
ex

ex contractu deferruntur ad plures ordine successiuo per nomen collecti-
168 *uum plurium graduum, & personarum, proximior defuncto,† per cuius*
mortem feudum vacat, succedit in feudo, cap. 1. de natur. success. feud.
vbi prosequitur plures allegando, & latè comprobando, idem Peregr.
consl. 5. nu. 30. vol. 3. *In feudalibus*, inquit, *absolutum est, vt attendatur*
169 † *proximitas defuncti. per cuius mortem feudum vacat, & de fideicom-*
missis ad feuda non rectè argui, sic pracisè Fabius in repetitione, §. cum
170 *ita, nu. 42. vbi inquit inspectis verbis feudalibus speciale esse † in feu-*
dis, vt succedatur vasallo vltimo defuncto, non autem stipiti. Fabi. de
Anna in addition. ad singul. 422. Io: Vincētij sui patris habet hæc ver-
171 ba: *In successione feudi consideratur proximitas † vltimi decedentis,*
non primi acquirentis, text. in cap. 1. de natur. success. feudi, vbi Andr. in
172 *fine*, qui postea subdit aliquos distinguere,† vt procedat tantū in feu-
do hæreditario, sed subiungit: *Benè verum est, quòd etiam in feudo ex*
173 *pacto † nulla facta distinctione alij tenent spectandam esse vltimi dece-*
dentis proximitatem. & ibi adducit multos, Gutierez. lib. 5. quæstion.
ciuil. 66. nu. 11. ibi: *Dubium tamen versatur eo solum casu, quo vltimus*
174 *possessor absq; descendentibus decessit,† atq; de successione maioratus cō-*
tenditur inter transuersalem proximiorem vltimi possessoris ex familia
primi institutoris. & alterum proximiorem primi institutoris, remotio-
rem tamen vltimi possessoris, quam rem ad vtranq; partem post Roland.
à Valle, vbi supra, latè discutit Molina lib. 3. cap. 9. num. 3. cum seqq. vbi
175 *nu. 11. cum seqq. adhuc in hac specie priorem sententiam probauit† tan-*
quàm verissimam, nempè proximitatem tantùm vltimi possessoris atten-
dendam esse, non verò primi institutoris, dummodo de ipsius familia sit
proximior vltimi possessoris. Milanes. decis. 8. nu. 201. lib. 1. inquit, *Nā*
respondeo, quòd verbum proximior intelligitur, vt verba eius capituli si
176 *aliquem expressè dicunt, scilicet de defuncto proximiori † vltimo va-*
sallo, seu feudatario decedenti, & hoc etiam coadiuuatur ex dispositione
177 *iuris, quia in successione feudorum proximitas† attenditur respectu vl-*
mi descendentis, & ibi citat multos, Molina de primogen. lib. 3. cap. 9.
nu. 14. *Quarto*, inquit, *id ipsum probatur ex decisione text. in cap. 1. de*
natur. success. feud. vbi in feudo paterno, quamuis ex prouisione parentis
178 *deferratur † quò ad successionem, tamen consideratur proximitas respe-*
ctu vltimi admissi, per quem textum id notat Andr. de Isern. dicēs, quòd
179 *ad feudi successionem admittitur † is, qui est proximior vltimo vasallo.*
Didac. Spinus in speculo testament. glos. 19. sub num. 60. fol. 326. sic
scribit: *Quod idem dicendum est in maioricatibus, vt attendatur proxi-*
180 *mitas † vltimi possessoris, non habito respectu ad propinquitatem primi*
institutoris, cum de feudo ad maioratum idem sit iudicium. Marta, qui
pro Duce Guastallæ in hac causa dixit attendendam esse proximitatē
primi acquirentis, nihilominus in suo tractatu de successione legali
par. 3. quæst. 1. art. 2. nu. 43. aliud his verbis docet: *Primò, quia in feu-*
181 *dorum successione vltimi defuncti ratio habenda est, † cap. 1. de natur.*

Marta, qui pro contraria parte scripsit, tenet opinionē fauentē Duci Carolo.

success. feud. vbi iuxta communem intellectum consideratur persona vltimi possessoris, non etiam primi eiusdem feudi auctoris quò ad proximi-
182 *tatem*; qui ad verbum prædicta transcripsit † à Michael. ab Aguirre
mox citando, & ob id etiam cum eo citat pro ista opinione per errorẽ
qui stant pro alia. Idem Marta voto 106. nu. 7. ibi: *Sed in successione*
183 *feudalium semper primogenitus † vltimi morientis grauati excludit alterum primogenitũ, cap. 1. de natur. succession. feud. & ibi Andr. expressè*
184 *notat eum succedere † primogenitum, qui proximior sit vasallo vltimò morienti.* & paulò post nu. 8. subdit: *Qua ratione Gabr. in dicto consil.*
185 *107. in fine vol. 1. concludit primogenitum proximiorem † grauato vltimo morienti præferendum esse alteri primogenito in concursu eiusdẽ gradus respectu testatoris, quantumuis antiquiori, & natu maiori.* Vbi præcisè ponit casum nostrum, quia attenta proximitate primi, vterque est in pari gradu, & Dux Guastallæ est senior, & nihilominus resoluit excluso seniore præferri proximiorem vltimo defuncto, quæ decisio aduocati contrarij est præcisa in istis terminis ad fauorẽ D. Ducis Caroli, Michael. ab Aguirre in resp. de successi. Regni Portugalli par. 1.
186 nu. 2. ibi: *In omni successione persona vltimi morientis, † non eius, à quo primũ bona profecta sunt inspicitur, siue agatur de successione suorũ, siue agnatorũ, siue ẽt de successione cognatorũ.* & nu. 6. subdit: *Etenim in suc-*
187 *cessione feudi vltimi defuncti habendã esse rationẽ † non obscurè in primis indicat, cap. 1. de natur. success. feudi, quo loci iuxta communem intellectum consideratur persona vltimi possessoris, non etiam primi eiusdẽ feudi auctoris, quò ad proximitatem.* Surd. cons. 120. nu. 4. sic inquit: *Quartò est textus in cap. 1. de natur. success. feud. vbi dicitur, quòd etsi*
188 *feudorum successio deferatur † ex successione primi acquirentis, postq̃ tamen peruenit ad vnum ex filijs, succedunt semper hi, qui ex illius linea descendunt, exclusis agnatis transuersalibus, etiam qui sint primo stipiti proximiores.* & ibid. nu. 15. 16. & 20. vbi multos citat idem Surd. cons. 317. nu. 39. in illis verbis: *Et per illum textum dicunt doctores,*
189 *quòd in feudis proximitas consideratur † habito respectu ad vltimum possessorem feudi.* & cons. 544. nu. 6. inquit: *In secundo capite res est*
190 *magis dubia, quia in feudis proximitas consideratur † respectu vltimi vasalli, qui possidebat feudum, non respectu primi acquisitoris, cap. 1. de natur. success. feud.* Guidobon. aduocation. 34. nu. 4. idem voluit hi-
191 sce verbis: *Et omnes nõ inuiti concedunt inspecta proximitate † defuncti, cuius morte feudum vacuum erat, dicto cap. 1. de natur. success. feud. vbi præsertim Isernia fusius, & elaboratius super eo capite scripsit, quod*
192 *tametsi feudum deferatur † ex prouisione primi acquisitoris, consideratur nihilominus proximitas vltimi morientis, & ille admittitur ad feudum, qui reperitur proximior vltimo vasallo decedenti.* & mox infini-
193 tos cumulat auctores, & num. 8. respondet † ad consilium Baldi 137. vol. 2. latè Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 25. tit. 29. per totum, maximè num. 6. vbi ita scribit: *Sed diuersa sententia verior, &*

crebrior

194 *crebrior est, quòd eius proximitas spectari debeat † habita ratione ad vasallum nouissimè defunctum, non autem ad primum inuestitum, vt colligitur ex cap. 1. in fine de natur. success. feud. & ibi Andr. de Isern. in*
195 *fine; nam ex illo textu euidenter apparet, quòd, si superest aliquis † ex linea eius, qui vltimo loco feudum obtinuit, omnes alij agnati à successione remouentur, etiam si sint proximiores primo inuestito*, Aldobrand. cons. 2. nu. 12. vol. 2. his verbis, *Et istud regulare est in materia suc-*
196 *cessionis feudi, vt aliquo mortuo attendamus † ad eum, qui proximior est ipsi decedenti, non ad eum, qui proximior est primo inuestito.* Cumia in constitur. Regni *Si aliquem*, in verb. *ad trinepotem*, nu. 13. fol. 99.
197 in illis verbis: *Tertio facit, quia consideratur persona † vltimò decedens, vt probat text. in cap. 1. de natur. success. feud. vbi attenditur li-*
198 *nea vltimò decedentis, & qui sunt ex ea linea praeferruntur † alijs, qui descendunt ex primo, esto quòd essent remotiores à stipite primi acquirentis*. Schrader. consilio 3. num. 74. quo loci ita scribit: *Et quò ad hoc, quòd quis ad successionem feudi tanquàm proximior admit-*
199 *ti possit, inspicitur proximitas † non respectu primi acquirentis, sed respectu vltimi defuncti*, vbi multos citat: Et licèt in eodem consilio contrarium respondeat, vt in priori opinione retuli sub num. 75.
200 tamen ibi se restringit † ad feudum ex pacto, in quo nos non versari respectu Ducatus Mantuae aliqui voluere, qui putant illum esse feudum mixtum, de qua re dicam num. 228. quamuis etiam indistinctè
201 verior sit, † & cõmunior opinio, vt ex praecitatis, & mox citandis doctoribus patet, & ex ipsomet Schradero statim deducam attẽdi proximitatem vltimi defuncti. Idem Schrader. cons. 13. nu. 180. vbi inquit: *Praeterea quo ad successionem feudi admittitur is, qui habito respectu ad*
202 *stipitem, siue primum acquirentem, vltimo possessori † in proximo gradu consanguinitatis coniunctus est; cap. 1. verb. dummodo, & ibi Isernia, & doctores de natur. success. feud.* Idem Schrad. in tract. de feud. par. 7. cap. 7. nu. 19. ita scribit: *Decimò quaero, vtrum in successione feudi proximus is dicatur, qui est proximus vltimo vasallo defuncto, an verò is, qui propriori linea attingit ipsum, qui primò feudum acquisiuit,*
203 *& respondeo proximiorem dici, † quò ad successionem feudi illum, qui vasallo defuncto, non autem illi, qui primò feudum acquisiuit proximior est.* & adductis iuribus, & multis auctoritatibus subdit: *Quae sententia*
204 *verissima est, † quamuis contrarium, sed malè teneat Cardin. Parisius,*
205 *quae sententia Parisij in emphiteusi † procedere potest.* Rosental. de feud. cap. 7. quaest. 57. vbi postquàm firmauit latius hanc opinionem, tandem sub nu. 10. circa finem concludit his verbis: *Communis igitur in-*
206 *dubitata, ac vera est opinio proximitatẽ † respectu vltimi defuncti, non primi acquirentis faciendam esse, modò tamen nemo, nisi ex eo descendẽs admittatur.* & infinitos citat in glo. I. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 9. sub nu. 112. vers. proximitatem autem, fol. 544. vbi vnam, & alteram re-
207 fert opinionem, & tandem distinguit, † vt dicam num. 345. sed hanc

opi-

208 opinionem dicit verissimam, † eamq; magis obtinuisse, & hodiè vsu
obseruati, Vtramq; pariter opinionem recenset Godde.disput.feud.7.
209 thesi 5. littera d. fol.66. & demum resslidet† cum distinctione Vultei,
Thomas Franzi.disput.feudal.8.de successione ascendẽtium,& trans-
uersalium, thesi 6. glos.a. ita inquit: *Metimur vero proximitatẽ intui-*
210 *tu vasalli defuncti* † *non respectu eius, qui feudum primus acquisiuit.*
Intriglol.de feud.centur.1.quæst.40.nu.19.& quæst.49.nu.176.ibi:
211 *Et subdit, quòd regulariter in feudis succeditur* † *vltimo morienti, cuius*
attenditur proximior. Andr.Kninch.de vestiturar.paction. par.3.c.3.
212 per totum,† quod inscripsit, *In successione feudi vltimi possessoris pro-*
ximitas expẽdenda, fol.475. Borcholt.de feud.c.7. sub nu.84.fol.411.
213 dicit: *Proximitatem autem respectu vasalli defuncti,* † *nõ respectu eius,*
qui feudũ primùm acquisiuit metimur. Petrus Gregor.de concess.feud.
par.4.cap.9.sub nu.1.& 2. in illis verbis: *Idem probat text.in cap.1. de*
natur. success. feud., vbi licèt feudum deferatur ex prouisione primi ac-
214 *quisitoris,* † *tamen consideratur proximitas vltimi morientis, & hoc idẽ*
videtur decidere in terminis Isern. ibi in vltim. colum. in fine, dũ dicit,
quod ille admittitur ad feudum, qui est proximior vltimo vasallo dece-
dente, Franciscus Iacobus à Monte Regali in tractatu conclusionum
Rosentali de feudis cap.4. concl.2. nu. 4. cum pluribus seqq. fol.342.
215 † cuius verba refero infra nu.313. Io:Francisc. de Ponte in titulo de
his, qui feud.dare possunt, lectione 9. sub num.61.fol.85. ita scribit,
Qui omnes se deceperunt, dum tractarunt quæstionem sub fundamento,
216 *quòd succedatur primo, & non vltimo morienti, quod est falsum,* † *vt bẽ-*
nè aduertit Canetius, quod in feudo hæreditario non tenet dubium, & in
217 *feudo ex pacto* † *pariter idem dicendum erit, nam & si habeat iudicia*
218 *primi acquirentis,* † *tamen verum est succedere vltimo morienti, licet*
non iure hæreditario; Treutler.cons.67.nu.14. & 35. vol.1. Giouagn.
cons.24.num.31.vol.2. & ego ipse latè dixi in mea controu.forens.4.
maximè num. 47.

Respõsio ad textus adductos in cõtrariũ nu.76.

Et hi ferè omnes respondent ad argumẽtum contrariç partis dedu-
219 ctum ex textibus citatis nu.76. quòd non tenet † consequentia feudũ
recognoscitur à primo acquisitore, ergo vacante feudo ei succeditur,
etenim licet feudum habeatur ex prouisione primi, & beneficio con-
220 cedentis, tamen † successio consideratur ex persona vltimi defuncti,
vt tradunt multi ex superius citatis, quorum verba præcisa transcripsi,
& præsertim Gozadin.cons.4 sub nu.17. Noni.cons.1.num.47. Petr.
Gregor.de concession.feud.par.4.quæst.9.num.6. Cephal.cons.600.
num.19.& 20. Io.Franc.de Pont.d.titul.de his, qui feud.dar.possunt,
lection.9.sub num.61.fol.85. Andr.Kninch.de vestiturar.pactionib.
par.3.cap.3.nu.16. vbi nu.seqq. discurrit de ratione differentiæ, qui
videatur, Guidobon.d.aduocation.34.sub nu.7.,& ad consilium Cal-
221 derini in oppositum adductum † nu.75. respondent Socin.cons.252.
sub nu.27.vol.2.Rimin.iun.cons.108. sub num.33.& 34.& Decian.
consil.3.

222 consil.3.nu.271.vol.4. & ad consilium Baldi † adductum supradicto nu.75. respondent Maluas.cons.31.nu.14. & Guidob. aduocatio.34.
223 nu.8. & ad consil. Angeli,† & Rubei satisfacit Rimin.iun. dicto consil.108.nu.34.& 35. Bero.consil.65.nu.94. vol.1. & prædictis omni-
224 bus respondet † specificè Giouagn. cons.24. nu.37. vol.2.

Non obstant quæ pro D. Duce Guastallæ dicit Marta de scriptis in
225 causa † Principatus Bisiniani, quia allegat in hac causa extare librum, quem ipse profitetur non habere, nec ego vnquam vidi, ideo nõ eget responsione. Scio tamen in ea causa Collegium Patauinum inter cõsilia Peregrini cons.4.in 7.dubit.num.44.vol.1.& Menoch.in eadem causa, & pariter in 7.quæst.in cons.815.à num.58.vsq; ad 66. respondisse attendendam esse proximitatem vltimi defuncti, & lineam cum eo communem, non autem primi inuestiti, & Afflictus in constitution. Regni incipient. Violentias in Comitatu Sancti Seuerini, à quo
226 pendet † Bisiniani iurisdictio, vt per Menoch. dicto consil.815. Afflict.inquam in dicta constitut. sub nu.26. & sub nu. 65. dicit Regem
227 Robertum iudicasse † pro nepote ex primogenito, contra patruum proximiorem primi inuestiti.

228 Et vbi Ducatus Mantuæ posset dici feudum † hæreditarium mixtũ, prout videntur voluisse Menoch. consil.104. nu.15. & Decian.consil.23. sub num.37. vers. Quintò pariter considero, vol.1. quod nunc non affirmo, licèt aliqua Castra, quæ habent inuestituras particulares, esse feuda mixta scripserim in mea controuers.2. num.67. & de Ducatu id obiter dixerim ibid. nu. 69. id voluisse dictos doctores. Si inquam posset dici feudum mixtum cessaret omnis difficultas, quia in
229 feudo mixto hæreditario semper attenditur † proximitas vltimi defuncti, vt consentiunt omnes, & inter alios specificè notarunt Couaruui.practic.quæstion.cap.38.sub nu.1.versic.sed ille textus,& versic. Et tamen in feudo hæreditario, vbi deinde citat tenentes opinionem, quòd indistinctè attendatur proximitas vltimi possessoris, & subdit, quòd non auderet probare contrariam; eandem distinctionem inter feudum ex pacto, & mixtum, vel hæreditarium adnotarunt Tiraquel. de retract. consanguin.§.11.glos.1.nu.19.in fine, Ioseph.Ludou.decis.Lucens.29.nu.38. Fabi.de Anna in addition. ad singul. Io: Vincent.sui patris 422. vbi in feudo hæreditario mixto inquit omnes hoc admittere Menoc.cons.690.nu.5.Schrad.consil.3.nu.157.Surd. cons.120.nu.18.& sub nu.20.Vulte.de feudis,lib.1.cap.9.sub n.112. vers.Proximitatem autem,fol.544.Io: Francisc.de Pont.in d.tit.de his qui feud.dar.possunt, lectione 9.nu.61.fol.85. & verissimam opinionem nuncupat Marta de success.legali,par.3.quæst.1.art.2.nu.44.

Et si benè aduertemus videbimus omnes, qui dixerunt proximitatem primi acquirentis attendendam esse, loqui in feudo ex pacto.

Sed & inuestitura met tollit hanc difficultatem, vt animaduerti nu. 346. & 407. vsque ad 410.

Secundò,

Dux Carolus legitimus successor, quia est de linea cōmuni cū vltimo defuncto, quæ præfertur, vsque ad nu.330.

24 Secundò, quòd attento iure Feudorum Serenissimus Dux Carolus sit legitimus successor in istis Ducatibus, (& ad hoc aduertatur, q̃a est principale fundamentum in hac causa,) moueor, quia, vbi feudum est antiquum, & non est diuisibile, seu etiam est diuisibile, sed peruenit in totum ad vnum tantùm de stipite in stipitem, & quilibet stipes habuit
230 plures lineas, seu fibrias, tunc † moriente vltimo possessore sine descē dentibus, ita q̃, sit finita eius linea particularis, si extant aliæ lineæ, seu fibriæ eiusdem stipitis, à quo originē habuit ille postremo loco defunctus, successio spectat ad proximiorem de linea prædicti stipitis cōmunis, non autem fit transitus ad aliam lineam alterius stipitis, etiam si in ea adesset aliquis proximior, quàm esset ille de stipite communi cum vltimo possessore, hic est textus formalis in cap. 1. de natura success.
231 feud. Verba autem textus † sunt.

Ex latere (supple succedunt) *oēs per masculos descendētes vsq; in infinitum, si feudū sit paternū; Paternum autem voco quicunq; ex superioribus id acquisiuit, dummodò scias, quod si quis habens beneficium quattuor superstitibus filijs decedat, & feudum ad vnum solum ex diuisione deueniat, & iste superstitibus filijs duobus, vel tribus decedat, qui patrueles dicuntur,* (scilicet cum filijs fratrum sui patris, vt declarat Iser. sub nu. 31.) *& ad vnum eorū beneficium feudi ex diuisione perueniat, & similiter iste superstitibus filijs decedat, qui patrueles dicūtur, ad quorum vnum similiter feudū peruenit, sicut etiam ex alijs superioribus, vel primis fratribus supersunt masculi, si ille, qui feudum habet decesserit,*
232 *nullo relicto filio, an ad omnes vel ad quos perueniat quaritur? Respōdeo ad solos, & ad omnes, qui ex illa linea sunt, & hoc est, quod dicitur ad proximiores pertinere, isti verò proximiores esse dicuntur respectu aliarum linearum, sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes alia lineæ æqualiter vocantur.*

Verba formalia textus capitalis in hac causa in cap. 1. de natur. success. feud.

Qui textus facit plures successionum gradus, prout etiam euenit in casu nostro, & tandem finita linea vltimi possessoris, ad quem feudum in totum ex diuisione deuenerat, siue alio iure, putà, vt in casu nostro,
233 vigore primogenituræ (nam non refert † an iure diuisionis, vel quolibet alio in totum cōsolidetur in vno solo, vt obseruat Angel. in con-
234 sil. 321. sub nu. 4. vers. & licet textus dicat) decidit † successionem deferri ad omnes, & solos ex linea communi cum defuncto, & inquit illos dici proximiores respectu aliarum linearum; dicit autem textus ad
235 omnes, † quia supponit feudum esse diuisibile, & plures extare eiusdē gradus, vt ibi admonet Isern. sub nu. 31. vers. quia feudum erat diuisibile; vnde data indiuiduitate feudi vigore primogenituræ, vel vnum tantùm extare proximioris gradus, & lineæ, idem textus concludit ad eum solū spectare successionem, adeo vt, cùm Dux Carolus habeat Federicum communem stipitem cum Vincētio vltimò defuncto, à quo vterque descendit, præferendus sit alijs lineis, quæ habent diuersum, & altiorem, & sic remotiorem stipitem.

Et ita

236 Et ita concludit † ibi Isernia sub nu. 31. formando casum, & arborem secundum litteram dicti textus, in hæc verba:

Titius habebat feudum paternum, decedit quattuor filijs relictis, feudũ ex diuisione peruenit ad vnum tantùm, vt Seium, hic Seius decedit similiter quattuor filijs relictis, & similiter feudum inter eos peruenit ad vnum, Sempronium putà, intellige quòd alij patrui fratres patris habent filios, qui sunt patrueles cum istis filijs Seij, & cum Sempronio vno ex fi-
237 *lijs, sunt enim nati ex duobus fratribus dicuntur patrueles, † Institut. de gradibus §. quarto, deinde Sempronius multis relictis filijs ab ijs, & feudum ex diuisione similiter peruenit ad vnum, putà Gaium, moritur Gaius feudum habens sine filio masculo, & descendente ex masculo,*
238 *quæritur † qui succedant, vtrum omnes agnati fratres patrueles patris sui Sempronij, an fratres sui carnales filij Sempronij, quod ad eos solos, & omnes (quia feudum erat diuisibile) qui sunt descendentes ex illa linea proxima, vnde Gaius mortuus descendit, idest ad fratres suos filios Sempronij, & proximiores respectu aliarum linearum ex Titio, vel Seio descendentium, quasi dicat proximiores agnati succedunt, sed illis deficientibus vocantur omnes aliç lineæ æqualiter, idest qui sunt in proximiori linea post illam æqualiter admittuntur.*

Baldus in eodem cap. 1. de natur. success. feud. ante nu. 1. post figurationem casus secundum dictam litteram textus, quærit ad quem per-
239 tinet successio, & inquit: *Respondetur, quòd omnes, † qui ex linea sunt, ex qua iste fuit, qui vltimò moritur, succedunt in feudum.* & ibi quoq; Aluarot. nu. 6. ita scribit: *Nota, quòd, vbi plures agnati procedentes ex diuersis lineis aspirare volunt ad successionem feudi alicuius vasalli eo-*
240 *rum agnati mortui, primò vocandi sunt † gradatim ad dictam successionem existentes in linea communi cum mortuo, & si nullus ex ea linea superest, tunc transeundum est ad alias lineas, seruata graduum prærogatiua, vt hic, & in dicto §. 1. de gradibus.* Idem tradit Afflict. in eod. cap. 1. §. dummodò, de natur. success. feud. tàm in figuratione casus, quàm sub nu. 3. ibi: *Accedat ad hoc consilium Alex. de Imol. in 4. volum. consil. 103. incip. Ponderatis his, in 9. colum. vbi dicit, quòd quando feu-*
241 *dum peruenit ad lineam collateralem, si illa linea extinguitur, † debet peruenire ad aliam lineã collateralem prouenientẽ ab vno, & eodẽ stipite.*
242 Nec turbat, quòd textus in dicto cap. 1. de natur. success. feud. † velit finita linea vltimi possessoris, admitti omnes alias lineas æqualiter, &
243 ideo cum linea alicuius se extendat † tantùm ad patrem ascendendo, & rursus descendendo ad fratrem defuncti, Sonsbeci. de feud. par. 9. sub nu. 112. vers. At defuncti linea, & sic dicatur finita omninò linea Vincentij vltimò mortui, quia nedũ ex illius stipite, qui fuit Dux Vincentius primus, sed nec etiam ex stipite aui, qui fuit Gulielmus, nulli extent masculi descendentes, admittendæ videantur æqualiter cęteræ lineæ; & cùm ob primogenituram non possint plures admitti in concursu plurium linearum æqualis gradus, videatur dãda successio Dño

244 Duci Guastallæ, vti seniori,† Melchior. Phębo. decis.40. per tot.maximè nu.5. & per tradita à Tiraquel. de iure primogen. in præfat.nu. 79.cum plurib. seq. & nu.97. & 117. Rota Bonon. diuers. decis.13.
245 nu.3. expedit enim populo,vt à seniore † regatur, Afflict.in cap.1. in princ.nu. 68. aliàs est nu.46. de success. feud. Michael.ab Aguirre in consilio de successione Regni Portugallię,part.2.nu.277.
246 Namq; respondeo,quòd textus ille non debet † intelligi,vt indistinctè admittantur ęqualiter omnes lineæ,finita illa linea communi cum
247 vltimo possessore,sed seruata gradus,& ipsius lineę pręrogatiua,† vt si plures sint in eadē linea,& gradu proximitatis,vel plures lineæ æquales,quando feudum est diuisibile, omnes æqualiter admittantur,vel si feudum non est diuisibile, aut vnus tantùm existat proximior, vnus, vel ille solus succedat, vt declarant ita dictum textū Iacob. de Beluis. ibi in verbo *Omnes alia linea aqualiter*, Isernia sub nu.31. his verbis: *Quasi dicat proximiores agnati succedunt,sed illis deficientibus vocan-*
248 *tur omnes alia linea aqualiter, idest † qui sunt in proximiori linea post illam aqualiter admittuntur*. Bald.nu.3.vbi inquit:*Secundò nota,quòd quādo plures linea veniunt ad succedendum in locum alicuius vasalli,*
249 *omnes linea † dumtamen sint in pari gradu pariter succedunt*. Aluarot. nu.6. ibi;*Primò vocandi sunt gradatim ad dictam successionem existentes in linea communi cum mortuo,& si nullus ex ea linea superest,tunc*
250 *transeundū est † ad alias lineas,seruata graduum praerogatiua*. Afflict. in eod.cap.1.§.dummodo, nu.4.in illis verbis: *Nota quòd omnes linea*
251 *possunt vocari ex iure edicti successorÿ,seruata tamen † gradus praerogatiua, sed qui erunt in eadem linea ęqualiter vocabuntur,siue aequaliter succedunt*. & Petrus de Rauenna versic. *& si nullus ex illa linea*
252 *superest,tunc† transeundū est ad alias lineas seruata graduum praerogatiua*.de natur.success. feudi, Anton. de Butrio cons. 47.sub nu.3.vers. *Sed & aliter potest responderi,vt in quantum dicit omnes linea ęqualiter vocentur secundum gradus praerogatiuam, tamen sic dicit ibi Bald. & Odofr. in summa de vsibus feudorum sub rubric.de his,qui succedunt*
253 *in feudo,dum dicit pariter lineas succedere, dūtamen sint † in pari gradu, sic, & lex post suos simpliciter vocat agnatos, & tamen intelligitur secundum ordinis gradus praerogatiuam,ff.de suis,& legitim.l.1.§. post suos,& l. post consanguineos*. Andr. Kninch.de vestiturar.pactión.par. 3.cap.3.sub nu.62. versic. Cæterum de eo controuersia,vbi pulchrè, & latius, quā possit transcribi, Rosental. qui plures alios citat de feud. cap.7. q. 57. sub nu.14. glos. m. & ideo decedente possessore feudi si-
254 ne descendentibus,recurritur † ad eius patrem ascendendo, & rursus descendēdo ad fratres,vel eorum posteros, quod si nulli adsint,sicuti hic non extant, quia Dux Vincentius senior stipes Vincentij vltimò de-
255 functi nullos habuit fratres, tunc fit recursus † ad aliam lineam,scilicet aui ipsius defuncti, qui fuit Dux Gulielmus ascendendo, & rursus descendendo ad eius fratres, vel eorum posteros, qui sunt Dux Carolus,

lus, & eius filij descendentes ex Ludouico fratre Gulielmi, vt per Doctores superius citatos, & præcisè ita declarant Sonsbec.de feud.par.9. sub nu.112. versic.At defuncti linea, fol.32. & Franciscus Iacobus à Monte Regali in tractatu conclusionum feudalium Rosentali cap. 4. concl.2. sub num.6. versic.Declaratur ita, fol.342. & idem in effectu voluerunt etiam Isern.in cap.1.sub num.1.versic.Hoc est regulare in omni feudo, de eo, qui sibi, vel hæredib. suis, Peregr.conf.1.sub n.21. vol.4. Gulielm.de Monserrat.de successiõn. Regum Franciæ, part.1. sub nu.35. versic.Ecce textus cum glosa dans hanc theoricam, qui ad hoc citat textum in Authent.de hæredib. & falcid. §.si quis autem nõ
256 implens, ibi: *Sed primus secundum ordinem vocatus† post eum, qui iam exclusus est à lege nostra, ita vocetur prior, deinde qui post illum est, ita de cætero, donec vltimus relictus locum faciat etiam alicui exterius venientium.*

Vbi autem quis habet prærogatiuam lineæ, & multò magis, si ha-
257 beat etiam prærogatiuam gradus, tunc † præualet maiori ætate, vt dicam infra num.340.& 341.

Ad idem, quòd nisi euacuata linea communi cum vltimo defuncto
258 non fiat transitus † ad aliam, induci potest etiam textus in cap.vnico, §.his verò deficientibus, de successiõn.fratr.aliàs inscribitur rubric.de gradib.succedent.in feud.vbi dicitur, quòd mortuo eo, qui feudum te-
259 nebat, prima causa est † liberorum masculorum, & ipsis, vel ex filio nepotibus existẽtibus, cæteri agnati excluduntur; deficientibus verò descendentibus masculis, si feudum est paternum, vel antiquum, vocan-
260 tur † primò fratres, & fratrum præmortuorum filij (vt hìc successerũt
261 Ferdinandus, & Vincentius) deinde succedunt † agnati vlteriores, & sic in casu isto Dux Carolus, quia isti agnati debent succedere secun-
262 dum proximitatem, † cap.1.§. Titius filios, si de feud. defunct. fuerit controuers.cap.1.versic.*Et hoc est, quod dicitur ad proximiores*, de natur.success. feud.

Hûc confert etiam text.in cap.1. de feud. Marchiæ, vbi, si filij, &
262 nepotes ex eis deficiunt, vocantur † alij alterius lineæ eiusdem stipulatoris, & patrueles, vt ibi explicant Laudens.nu.10. & textus ibi cum misterio dicit successionẽ ex inuestitura patris, vel aui, quia prius de-
263 bet † succedere linea proximior patris, & postea aui, deinde proaui.

Et hanc conclusionem, quòd transuersalis de linea communi cum
264 defuncto etiam remotior præferatur † in successione proximiori alterius lineæ, & multo magis si sit etiam propinquior gradu, vt est Dux Carolus, firmarunt Socin.conf.249.sub nu.21.versic.Sextò, vol.2.vbi ita inquit, *Sextò confirmatur per textum, vbi videtur casus in cap. 1. de natur.success.feud. vbi est textus, quòd si feudum paternum, quòd deuoluitur ad descendentes masculos iuxta cap.1.de success.feud.in diuisione*
265 *totum deuenit ad vnum ex dictis fratribus, donec superest † aliquis de linea ipsius fratris, totum illud ad illum superstitem de illa linea deuenit,*

Auctores probantes præferri lineam communem, licèt adesset proximior in linea remotiori.

nit, exclusis omnibus de alia, vel alijs lineis, nec distinguitur, an sint illi
de alia linea proximiores superstiti, nec ne, & eisdem præcisis verbis,
idem scribit Corn. consil.97. sub num.6. versic. Pro quo optimè facit
vol.1. & consil.22.nu.17.vol.2. idem Corn.consil.250.sub num.11.
vol.3. cuius verba sunt, *Ideo dicit Baldus in consil.mihi 32. incip. Pra-*
missis verbis statutorum in penult. colum. quòd si pater disposuit, quòd
aliqua res vadant de liberis in liberos, si vnus ex liberis decedit pluribus
266 *relictis filijs, donec superest † aliquis de vna linea, succedunt superstites*
illius linea in portione, qua deuoluta fuit ad eorum parentem, & finita
vna linea tunc demum illa portio deuoluitur ad alios de alijs lineis. Cra-
uet.cons.950.nu.1. sic scribit; *Quæstionis est, quomodo proximior æsti-*
metur, qui ad feudum aspirat, vtrum qui nouissimè defuncto, an qui pro-
pinquior ei est, à quo feudum incæpit, si verborum tenus Doctorũ scripta
intuemur ad eum referrenda propinquitas videtur, qui postremus va-
267 *sallus obijt, sed enim distinctio obseruanda, † vt siquidem ad lineam vnã*
feudum peruenit, dum in linea illa quis est, potior habeatur, tametsi alij
supersint ex linea alia, qui feudi proximiores auctori sint, ita concerta-
tione inter plures de feudo interueniente, potior eius causa habetur, qui
gradu vltimo sublatum propriore contingit, Castr. consil.300.col.2. in
princip. vol.2. habet hæc verba, *Quousque extat aliquis de generatio-*
268 *ne illius, cui venit in partem, ille debet præferri † alijs fratribus, & de-*
scendentibus ab eis, qui demum venire possunt deficientibus omnibus de-
scendentibus ex linea illius, cui obuenit in partem, vt est textus melior,
qui possit allegari in vsibus feudorum, tit. de natur. success 'ion. feud. §.1.
Celsus Vgo cons.93.nu.6. his verbis, *Præmitto in his primis, quòd sitũ-*
269 *ti in linea descendente † continetur filius, nepos, pronepos, abnepos, &*
vlteriores descendentes, vt in l. stemmata, & in l. final. ff. de gradib. &
cap. quod dilecti, & cap. final. extra de consanguinit. & cap. primo gradu,
35. quæst. 5. Sic etiam de communi nobilium in Regno Castella, & omni-
270 *bus fermè Hispaniarum Prouincijs cõsuetudine diuiditur † illa descen-*
dentium linea in plures species, videlicet in lineam primogenitorum de-
scendentium, & in lineam secundogenitorum, & in lineam descenden-
271 *tium tertiogenitorum, & sic de singulis, qua † consuetudo in talibus ius*
commune vincit. cap. vnico, de alienat. feud. in vsib. feud. & illas species
attendere solet, vt prædixi, consuetudo nobilium signanter in Regno Ca-
stella, & alijs Hispaniarum Regnis, & Prouincijs, & ita considerabam li-
nearum istarum diuisionem supra cons.49. versic.17. quam etiam atten-
dũt in dictis Regnis, & prouincijs, vt plurimum testatores, Ita quòd ma-
272 *gis priuilegiata est † linea descendentium primogenitorum, vel ex pri-*
mogenitis, etiam si remotiores sint à stipite, putà si sit ex dicto primoge-
nito nepos, vel pronepos, quàm linea descendentium secundogenitorum
etiam gradu proximiorum, pro vt experientia facti magistra docet, &
abundè prosequitur Gulielm. de Monserat. de succession. Regum Franciæ
273 *par. 1. ad princip. qua consuetudo † velut conformis iuri diuino tenet,*

vt

vt habetur Genesi cap.25. & cap.quam periculosum,7.quæst.1. & hæc ẽt consuetudo plures species, seu lineas descendentium inducens, tanquàm
274 *conformis iuri canonico † valet, cap.grandi, de supplend. neglig. lib.6. & cap.licet, ibi, ordine geniturę priuandum, & Regnum ipsum ad minorem fratrem suũ appellatione postposita deuoluendum, extra de voto.* Idem repetijt ipsemet Cels. cons.49. nu.16.& 17. & consil. 120. sub nu.12. Iason. consil.17. per totum, maximè nu.8. vol.3. ibi: *Item ẽt debent excludere dictum Lucam, & Thomenum per textum valde notabilem, in quo facio magnum fundamentum, in cap. 1. ad finem, de*
275 *natur.success.feud. vbi est textus, quòd illi soli, qui sunt ex eadẽ † linea illius, qui feudum acquisiuit, ad feudum admittuntur, & istud est, quod dicitur feudum ad proximiores pertinere, isti enim dicuntur proximio-*
276 *res † respectu aliarum linearum.* Socin.iun. cons.126. nu.27. vol.1. *Optimè facit,* inquit, *cap.1. de natur.success.feud. vbi si feudum paternũ acceptum pro se, & descendentibus, & sic sub nomine collectiuo, quòd in-*
277 *telligi debet † gradatim proximioribus, peruenerit in diuisione ad vnum*
278 *ex pluribus fratribus, & filijs stipulatoris, donec superesit † aliquis ex linea ipsius, ad quem peruenerat, non potest ad alios alterius linea peruenire, etiam quòd aliquis fuerit stipulatori proximior, & sic clarè ibi pro-*
279 *batur inspici † proximitatem respectu vltimò decedentis, & non primi stipulatoris, licèt ex eius prouisione feudum fuerit acquisitum.* Gabr. cons.107. sub nu.5.& 6. vol.1. sic inquit: *Quapropter cũ res peruenerit ad Vincentium primogenitũ Antonij, spectat nunc ad Vincentium iuniorem eius nepotẽ, excluso Angelo, quia in feudo, & iure primogenitura post*
280 *acquisitionem filius, & nepos masculus primogeniti excludit † patruũ, & alios antiquiores de familia, cap.1. de natur.success.feud.* quẽ in proposito, & satis ad rem sequitur Marta voto 106 nu.8. cuius verba pręcisa retuli supra nu. 184. & 185. Natta cons.22. per totum ita scribit: *Conclusio videtur vera, quòd D. Io. Gulielmus admitti debeat ad successionem feudi vltimo loco possessi per D.Io: Vincentiũ sine prole masculina defunctum, excluso D.Raymundo, & hoc attento, quòd feudum, de quo fuit inuestitus D.Gulielmus antiquior, fuit diuisum inter Georgium, & Ioannem fratres, & ex linea D.Georgij processit D.Io: Vincentius defunctus, & ex eadem linea processit etiã D.Io: Gulielmus, vt patet ex arbore, vnde præferri debet in huiusmodi parte feudi, nam Raimundus pro-*
281 *cedit ex alia linea Ioannis, & donec extat † aliquis ex linea illius, qui vltimo loco tenebat feudũ, omnes alij agnati remouentur, & exclusi sunt etiamsi essent proximiores primo, qui feudum suscepit, vt est textus clarus in cap. 1. de natur.success.feud. & ibi Baldus declarat.* Lanari. cons. 53. sub nu.33.34. & 35. *Exemplum,* inquit, *in feudo feudatario decedente sine liberis succedunt proximiores defuncto, text. in cap. 1. de natur. success. feud. versus finem, interpretando quomodo intelligatur hoc*
282 *verbũ proximiores, dicit proximores dici † illos, qui ex eadem linea sunt, ex qua fuit defunctus, & dicuntur proximiores respectu aliarum linea-*

rum,

rum, & omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliā linea vocantur;
textum illum, licèt clarum, sic intelligunt Bald. ibi, qui optimè declarat
Aluarot. etiam, & Praposit. ibi, Neapodan. in cōsuetud. si quis, vel si qua,
in verbo materna, vnde infertur, postquàm certum est agentes descen-
283 dere ex eadem linea, † ex qua descendit Comes, testator habita conside-
ratione ad patrem Petriconi primi, & Marini Scapuccini, sine dubio ipsi
sunt primo loco vocati, & ipsis deficientibus essent vocati alij. Decian.
cons. 100. sub nu. 6. vol. 3. habet hæc verba: Secundò ad idem videtur
optimus textus in cap. 1. de natur. success. feud. vbi, si paternum feudum
fuerit receptum pro se, & descendentibus, cum nomen illud, descenden-
284 tibus, sit collectiuum, interpretabitur † gradatim, & ordine successiuo.
ideo si postea in diuisionibus factis inter ipsos descendentes deuenerit
285 ad vnum ex eis, post eius mortem † tale feudum transibit non ad proxi-
miorem illi, qui primò acceptauit dictum feudum, sed ad proximiorem
eius, cui in diuisionibus obuenit, & sic ad proximiorem decedentis, &
286 donec supererit † aliquis ex dicta linea, numquam transibit feudum ad
alios alterius linea, quamquàm fortè proximiores essent primo acqui-
renti, licèt ex eius prouisione feudum fuerit acquisitū. Pancirol. cons.
100. nu. 6. inquit: Tertiò idem patet in cap. 1. de natur. success. feud. vbi
si accipiatur feudum pro se, & descendentibus, intelligendum est prout
gradatim sibi sunt proximiores, vnde si feudum peruenerit ad vnum ex
287 pluribus filijs acquirentis, donec † aliquis supererit ex ista linea, alij ex
alia linea remouētur, etiamsi testatori proximiores fuerint, ex quo pro-
288 batur semper inspici † proximiorem respectu vltimi morientis. Menoc.
cons. 106. nu. 309. ait: In fideicommissis, & maioratu vno nominato,
& vocato, prius vocantur, & admittuntur omnes ab eo descendētes, qui-
289 bus extinctis fit reuersio † ad alios secundum ordinem, qui tunc reperi-
tur in gradu proximitatis, seu ad aliam lineam. & ibid. nu. 349. in fine
inquit: & finita linea vnius agnati iā admissi succedit altera linea, atq;
290 ita quandiù fuerint superstites † agnati illius prima linea, qua succes-
sit non fit transitus in aliam lineam. Idem Menoch. cons. 815. nu. 64.
scribit his verbis: Vera est iuris, & doctorum sententia, quòd postquàm
291 feudum ex pacto, & prouidentia cępit possideri ab aliquo, illud † transit
ad oēs ab illo possessore descendentes, donec extat aliquis ex illius linea.
deinde fit transitus ad transuersales, qui sunt ēt descendētes ab illo pri-
292 mo acqsitore, & inuestito proximiore tamē † vltimo possessori. Becci. cōs.
138. nu. 46. Cū linea, inquit, Illustrissimi Marchionis sit admissa, oēs ex
293 illa linea † admitti debent, & praferri alijs, quamuis proximioribus, ex
294 alia linea, nā quandiù superest † aliquis de linea, ad quā semel haredi-
tas peruenit alia linea postposita, non fit transitus ad eam lineam iam ex-
clusam, vt fuit exclusa linea Ferdinandi occupata primogenitura per
Federicum stipitem communem Ducis Caroli, Cumia in constitutio-
ne Regni Si aliquem in verbo ad trinepotem, nu. 13. fol. 99. sic habet,
Tertiò facit, quia consideratur persona vltimò decedens, vt probat tex-
tus

tus in cap. 1. de natur. success. feud. vbi attenditur linea vltimò decedentis,
295 tis, & qui sunt ex ea linea † præferuntur alijs, qui descendunt ex primo,
esto quòd essent remotiores à stipite primi acquirẽtis. idem Cumia ibi-
dem in verbo proximior, num. 24. fol. 138. ita scribit: Vnde deciditur
quæstio, quòd si concurrat pronepos ex fratre, & patruus defuncti, licèt
296 patruus proximior sit respectu gradus, † qui tertio est in gradu, l. Iuris-
consultus, §. tertio, ff. de gradibus, & pronepos ex fratre remotior, qui est
297 in quarto, † vt in §. quarto, d. l. Iurisconsultus; tamen quia linea prone-
298 potis est magis priuilegiata in succedendo, ipse pronepos præfertur, † de-
ficientibus enim omnibus de sua linea veniunt aliarum linearum agna-
ti, prout gradu sunt proximiores, per d. text. singul. cap. 1. in fine, de na-
tur. success. feud. ibi, Respõdeo ad omnes, & solos, qui ex illa linea, ex qua
iste fuit, & hoc est quod dicitur ad proximiores pertinere, isti verò pro-
ximiores respectu aliarum linearum, sed omnibus ex hac linea deficien-
tibus, omnes aliæ lineæ vocantur, quem ad hoc extollit hic Dom. meus D.
299 Blas. Lancea, dicens esse singularem, & priuilegiare † non solum lineam
descendentium in successione feudi ascendentium, vt remotior aliquan-
do strictiori præferatur, putà nepos fratri defuncti, verum etiam in suc-
cessione collateralium linea eius, de cuius successione agitur, præfertur
alijs, ad quod dicis aduertere Butrium in cons. 47. Riminald. iunior. cõ-
sil. 108. nu. 32. & 33. cuius verba formalia retuli supra sub num. 150.
quæ ibi videantur, Surd. cons. 544. nu. 7. inquit: Vbi feudum semel de-
300 uenit ad vnam lineam, illi, qui sunt de linea † vltimi possessoris, semper
admittuntur ad successionem, etiam si remotiores sint primo inuestito,
exclusis alijs omnibus, est text. in cap. 1. vbi Bald. notat de natur. success.
feud. Peregr. cons. 7. nu. 42. vol. 3. ita scribit: Et quidem si iure suo vti
velit tanquam primogenitus patris obaudiendus est, quia patre viuente,
qui eum praecedit in gradu, interim feudum non est apertum, sic enim est
de natura fideicommissorum, feudalium, & huiusmodi, quæ pluribus or-
301 dine successiuo deferuntur, vt donec locus est † priori in gradu, sequens
non admittatur, vbi ad hoc multos, & multa citat, Idem Peregr. con-
sil. 42. nu. 6. d. vol. 3. sic habet: Nam vbi successio alicuius rei reperitur
302 fundata in vna linea, donec extant † descẽdentes eiusdem lineæ, illi præ-
feruntur, nec alij linearũ interim admittuntur; Idem Peregr. cons. 1.
303 per totum, & ad rem istam num. 11. vol. 2. † Andr. Kninch. de vesti-
turar. pactionib. par. 3. cap. 3. nu. 58. & 59. fol. 477. inquit: Vt igitur in
304 aliam lineam concedat successio necessum est † cœptam absorptam esse,
Spinus in specul. testamentor. glos. 16. num. 128. hoc idem probat his
verbis, Nam regula est verissima in materia successionis maioricatus,
305 quòd linea succedendi semel occupata, † (vt hic per Federicum auum)
semper est conseruanda, & perpetuanda in omnes descendentes, & sic se-
mel exclusus Ferdinandus semper remanet exclusus, donec extat ali-
quis ex linea primogeniti occupata, Ruger. cons. 2. num. 35. vol. 2. lo-
quitur in hæc verba: Et Aluarot. in cap. 1. colum. 3. vers. Nota quòd, vbi

plures, de natur.success.feud. inquit,quòd si plures agnati ex diuersis li-
neis existant, qui quidem super feudo alicuius agnati mortui conten-
306 *dant,tali casu primo loco illos,qui in communi† linea cum defuncto exi-*
stunt vocandos esse,postea verò nullo ex ipsa linea cum defuncto commu-
ni existente,alij in alia linea existentes salua gradus prærogatiua vocādi
sunt. Gratian.discept.forens.456. tractat casum,in quo decesserat fra-
ter, & respectiuè pattuus quartogenitus, nepos ex fratre sextogenito
volebat succedere,cuius pater iam antea prædecesserat, & numquam
primogenitura in eo habuerat initium, & alter frater septimogenitus
307 prætendebat prælationem, vt ibid.num.19.& 30. respondit† pro ne-
pote, quia prius euacuanda erat linea antecedentis in gradu;& nu.16.
308 inquit successionem deducendam esse† ab auo, vt hìc à Federico, in
hæc verba: *Nec facit,quod hic agatur de succedendo Alexandro patruo*
vltimo possessori,quo casu non præfertur nepos,quia verius est nos esse in
successione Comitis Petri Antonij ani. & nu.33. ita scribit: *Proximitas*
309 *gradus debet spectari ab vltimo vasallo† defuncto, quandiu aliquis su-*
perest ex ea linea,ad quā feudum peruenit, illi enim, qui ex ea orti sunt,
sibi inuicem succedunt, alijs lineis exclusis, quasi hoc vsu receptum sit;
vt feudum non transferratur ad alias lineas,cap.1.in fine,de natur suc-
310 *cess.fend.*& ea sunt verba præcisa† Manticæ de tacit.& ambig.lib.23.
tit.29.nu.10. quæ transcripsit ab eo Gratianus, & non possent aptius
ad propositum casus nostri loqui, Marta de success.legali,par.1.q.12.
art.1.nu.8. ita ait: *Et vbicunque vna linea est admissa, omnes in infini-*
311 *tum de illa censentur admissi, neque ad alteram lineam transitus† fieri*
*potest,antequàm omnes de linea præcedenti extincti fuerint.*Sacca con-
sil.233.num.28.vol.2. idem vult his verbis: *Vnde necessariò infertur,*
quòd eius primogenitus sit illius iustus, & legitimus successor, quando-
312 *quidem eo admisso eius quoque linea admissa fuit, donec† aliquis ma-*
sculus ex ea superfuerit feudi capax,cum exclusione omnium aliarum
linearum. Franciscus Iacobus à Monte Regali in tractatu conclusio-
num feudalium Rosentali cap.4. conclus.2. sub nu.6. fol.342. sic in-
313 quit: *Ante omnia est inueniendum† linea principium eius, qui succe-*
dere vult,quod,si adeo propinquum est defuncto, vt vel eadem sit linea
(quod fit in descendentibus,) vel prima,(quod fit in fratribus, & ex his
descēdentibus) vel secunda,aut tertia,(quæ ab eius propatruo causatur)
314 *nullus tamen sit,qui propriorem lineā prætendat,tunc huic† linea tan-*
quàm proximiori defertur feudum,& ius succedēdi omnibus in ista exi-
stentibus quæsitum est. & subdit nu.7.8.& 9.exempla,& arborem iux-
ta textum in d.cap.1. de natur.success. feud. vbi videatur, quia satis ad
casum istum confert id,quod ante eum præstitit etiam Horoman. di-
sputat.feudal.19.fol.103.104.& 105. de quo meminit Rosental. c.7.
q.57.nu.17. & eandem arborem recenset etiam ibi Rosent. num.13.
Vulteius de feud.lib.1.cap.9.sub nu.112. fol.543. ibi: *Sanè iure com-*
muni feudorum feudum vni fortè ex diuisione acquisitum semper id de-
scendit

Marta, qui pro Guastalla scripsit, tenet hanc.

315 *scendit † in ipsius posteros quoad illi supersunt, tametsi fortasse alÿ ex*
316 *linea altera sint proximiores,† qui non admittuntur, nisi hac deficiente*
linea, Borgnin.decis.18.sub nu.75.par.3. aliàs est decis.94. sic ait: *De-*
317 *scendentes cuiuslibet haredis, siue masculi, siue fęmine in eadem † linea*
dicuntur pradilecti, & priusquàm transuersales, Vegg.d.cons. fin.num.
560.vsq; ad 564. Cephal.cons.17.nu.28.vers.qua conclusio, vol.1.& in
318 *vltimis verbis dicti consilÿ, & non nisi vna linea penitùs exstincta, † po-*
test fieri transitus ad transuersales. Mastril.decis.56.sub nu.10. ita ra-
tiocinatur: *Scribentes oēs in cap.1.de gradib.success.in feud. vbi Andr.*
& omnes feudista, & prasertim Afflict. nu.11.vbi dixit, quòd secundo-
319 *genitus non potest † agere ad feudum, nisi probata morte primogeniti,*
320 *& eius descendentiũm, quia vna linea † semel, quod successit primogeni-*
tus se inclusit, & omnes alios secundogenitos perpetuò exclusit, & non
potest fieri transitus ad alias lineas, nisi linea primogeniti deficiente, &
sic successiuè aliorum primo loco vocatorum. Petr.Gudelin.de iur. feud.
par.3.cap.2.nu.12.fol.111. sic scribit: *Adeo autem stirpium, atq; fibra-*
321 *rum ratio in successione feudi perpetuò habetur, vt non tàm † persona*
agnatorum, qua succedunt, neque earum conditio, propinquitas vè respe-
ctu postremi possessoris, quàm filÿ, filia vè, ex quibus communiter origi-
322 *nem traxerunt, quiq; successissent, † si adhuc viuerent (quoniam in li-*
323 *beris suis viuere † intelliguntur) considerari debeant; Ita enim feuda*
324 *etiam ad transuersales vltimi † possessoris deuolui verior est sententia,*
teste eodem Hottomanno, & Didaco Couaruuia, qui etiam demonstrant
lege Taurina Hispanorum id esse comprehensum, vt maioratus (quos ipsi
vocant) sic deferantur. Vnde, si cui filiorum eius, qui primò inuestitur
325 *est, feudum ex diuisione obuenerit, is ordo seruabitur: † quandiù in li-*
nea eius aliqui erunt non succedent fratres, fratrumvè descendentes.
326 *Porrò linea eius extincta † ad alias lineas, scilicet fratrum, seu agnato-*
rum successio deuoluetur, non tàm gradus, quàm stirpis, atq; adeo fibra-
327 *rum habita ratione, ita vt possit accidere † gradu remotiorem praferri*
propinquiori, si remotior prarogatiua stirpis, seu fibra nitatur. Esto ver- **Exemplũ quomodo remotior praferatur propinquiori vigore communis linea.**
bi gratia, feudum eo loco situm, vbi maiores natu soli in feudo succedunt,
ac ponamus primum vasallum tres habuisse filios, Primum, Secundum,
& Tertium, quorum Tertius superuixerit, ex Primo autem pronepos, &
ex Secũdo nepos, certè pronepos primus feudum auferret, ac post eum li-
beri eius gradatim, ac inter eos quisquis fratrum maximus reperietur:
328 *quibus omnibus sublatis, nepos ex Secundo* (hìc est casus noster)† *sine* **Casus noster.**
liberorũ eius ille, qui superstes fuerit, praferetur filio Tertio, licèt pro-
pinquiori, quoniam videlicet descendentes ex Secundo eum representãt,
329 *qui iure atatis Tertium esset pracessurus. Hac ratione nuper † Angli Ia-*
cobo Regi Scotia Regnũ Anglia pracateris detulerunt, quòd extincta Hẽ- **Exempla similis successionis, & infra.n.434. vsq; ad finem.**
rici Octaui linea, is ex maxima natu filia Henrici Septimi descenderit.
330 *Hac etiam ratione Franci † antequàm Henrico regnanti filius genitus*
fuit Princips Condeo successionẽ Corona destinabant, quamuis Marchio

Coutÿsius, & Comes Sueßionum eidem Henrico, si superstites forēt vno gradu reperirentur proximiores, quippè illi patrueles, is verò filius maximi natu patruelis. Hactenus Gudelinus. Alios deducam in capite successionis iure Primogenituræ nu. 351. & in capite de successione iure Regni num. 383.

Rationes precedentis cōclusionis, quod attendatur linea cōmunis.

Et ad propositum prædictæ firmatæ conclusionis dicebat Alciat. consf.21. sub num. 5. lib. 3. aliàs est consf.184. quod consilium est etiam
331 inter consilia Grat. consf.8. vol.1. quòd successio non debet † esse nimis ambulatoria de linea in lineam, sequitur Sacca consil.233. in fine,
332 & alibi scriptum est, quòd successio non vadit † per saltum, sed ordinatim, & successiuè de gradu in gradum, Menoch. consil. 400. num. 36. vol.4. Rimin. iun. consf.544. nu.4. Philipp. de Matthę. consil. 31. n. 32. vol.1. diuersor. Achadem. Marpurg. Rosental. de feud. c.7. quæst. 32.
333 glos. g. circa finem; sed debet aspicere † suum stipitem, qui sit stipes communis agnationis, & non alium, Bald. per illum textum in cap. 1. §. his vero, num. 2. in fine, versic. & nota quòd in feudis, de success. fratrum, & gradib. succedent. in feud. aliàs est sub rubr. de gradib. succed. in feud. & idem consf.200. propè finem, versic. si ergo est in feudis de-
334 scendens, vol.5. dicit, quòd in feudis quilibet descendens † suum proprium respicit ascendentem; quia, etsi quilibet ex filijs faciat vnam, &
335 propriam † lineam, sæpedicto cap. 1. de natur. success. feud. cap. quod dilectio, 3. & cap. final. de consanguin. & affinit. Marta de success. le-
336 gali par. 2. quæst. 4. art. 6. nu. 5. fol. 750. Tamen omnes dicuntur † de linea communis stipitis, Bald. consf.344. sub nu. 9. & 10. vol. 3. Bertaz.
337 consil. ciuil. 98. nu. 23. nam de linea alicuius esse dicuntur † illi, cuius ipsa est caput, Rimin. iun. consf.371. nu. 77. & ob id inter illos de eadē
338 linea facilis est transitus † in succedendo, Valenzol. consf.97. nu. 40.

Hûc spectat quod tradit Raudens. in tract. de analog. in appendice part. 1. num. 19. quem sequitur Andr. Kninch. de vestiturar. pactíon.
339 part. 3. cap. 3. nu. 31. successiones esse ad instar † fluminis, ex textu in §. Cæterum, ibi, *hæreditates ad masculos confluerent*, Instit. de legitim. agnator. successiõn. quæ propterea, sicut flumen influit in proximum canalem descendentem, non autem regurgitat supra caput suum; ita & ipsæ successiones confluunt ad lineas communis stipitis.

Prædicta omnia confirmantur (& hoc seruiat pro tertio principali fundamento in fauorem Serenissimi Ducis Caroli) quia, etsi in successione feudi, quòd primogenitis tantùm debetur, plura habeantur
340 in consideratione in ea deferēda, nempè † linea, gradus, sexus, & ætas;
341 tamen cæteris omnibus semper præualet qualitas, & proximitas † lineæ, vtcunque alius esset gradu proximior, vel maioris ætatis, vt tradunt Cumia in constit. *Si aliquem*, in verbo *proximior*, nu. 40. fol. 141. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. nu. 14. Didac. Roderic. Aluarad. de coniectura mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 3. nu. 44. fol. 326. Gutierez. lib. 5. quæst. ciuil. 67. sub num. 45. versic. quod etiam probatur, &

Proximitas lineæ præfertur proximitati gradus, & maioritati ætatis, & ætas vltimo loco est in consideratione.

nu. 46.

nu.46. Lanar.conf.1.fub nu.35.36.& præcipuè nu.64. Hartman. Piftor.quæft.19.nu.37.par.2.libri 2. Valenzol. conf.97.num.13. Francifc. Iacob. à Monte Regali in tractat. concluf. Rofentali cap.4. concluf.2.num.5. & fub num.7.fol.342. Scipio Theodot.allegat.100.fub nu.20. Gudelin.de iure feud.par.3.cap.2.fub num.12. verfic. Vnde fi cui, Colleg.Bonon.inter confilia diuerforum pro Triultijs fub nu.67. fol.68. Sacca conf.136.nu.45.fol.62.& conf.233. num.33. vbi dicit,
342 quòd ætas † vltimo loco ponitur, & fic nulla ratio habenda eft ætatis Dñi Ducis Guaftallæ, cum linea, & gradu refpectu vltimi defuncti
343 præualeat,& proximior fit Dux Carolus, qui etiam talis ætatis eft,† vt in eo non poffit defiderari prudentia, maturitas iudicij,& experientia.

Dux Carolus talis ætatis, vt in eo non defideretur prudentia, iudicium, & experientia.

Et vbi is, qui fuccedere prætendit in feudo, eft de linea communi cũ defuncto, tunc etiam illi, qui aliàs tenent attendendam effe proximitatem primi inuestiti, quam tamen opinionem veram non effe fupe-
344 riùs demonftraui à nu.81. vfque ad 228. concedunt † proximitatem lineæ præualere proximitati gradus primi acquifitoris, & proximitatem deducendam effe ab ipfa linea communi, Hottoman.difput. feudal.19. verfic.fequitur fecunda regula,& verfic.quod eodem modo dicendum, Hartman. Piftor.quæft.19.num.37.par.2.libri fecundi, Rofental.de feud.cap.7.quæft.57. num.13.

Sed adhuc alia et diftinctione quorundam tollitur illud motiuum de proximitate primi inueftiti, quod fit pro D.Duce Guaftallæ, nem-
345 pè, quòd in hac proximitate attendatur † prius linea communis, & in ipfa linea proximitas primi ftipitis cõmunis, quæ fuit diftinctio Vulte. de feudis lib.1.cap.9. fub num.112. verfic.quòd fi prior illa fententia, fol.544. quam fequuntur Godde.difput.feudal.7.thefi 5.littera d. verfic. Dominus Vulteius autem, Francifcus Iacob. à Monte Regali in tractat.concluf.Rofental. cap.4. concl.2.fub nu.7.fol.342. fecundum quam diftinctionem ceffat pariter motiuum illud de proximitate primi, quia attẽta proximitate communis ftipitis Vincentij fecundi cum Duce Carolo, nulli alij ex hac defcendentia, & linea adfunt, qui poffint concurrere cum eo, vnde cùm fit folus, refultat etiam, quòd fit proximior.

Diftinctio aliquorũ qñ attendatur proximitas defuncti, uel primi inueftiti.

346 Quod motiuum etiam tollitur ex ipfismet verbis † inueftituræ, de quibus dicam in capite fucceffionis debitæ Duci Carolo, attento tenore inueftituræ nu.392. maximè nu. 407. vfque ad 410.

Quæftio, an attendatur proximitas primi, uel vltimi ceffat in hac cã ex uerbis inueftituræ.

Scio etiam aliquos voluiffe non effe habendam rationem lineæ cõ-
347 munis cum defuncto, vbi extat † aliquis proximior in alia linea, vt per Rofental.de feud.cap.7.quæft.57. fub nu.17. vbi alios citat in glof. o. & per Martam de fucceffione legali par.3. quæft.1.art.2.

Sed vltra quod oftendi communem, & veriorem fententiam effe, quòd propinquus de linea communi præferatur vtcunq; adeffent alij proximiores ex alia diuerfa linea,& lineam præualere gradui, & ætati, vt num.230. vfque ad nu.330. & nu.340. dico etiam, quòd iftorum

opinio nō obstat intentioni Dñi Ducis Caroli, tùm quia ipsi mouen-
348 tur † ex textu in cap. 1. §. Titius filios, si de feud. defunct. fuerit contentio. & in cap. 1. §. donare, qualiter olim feud. alienar. poter. in quibus dicitur deferri successionem proximiori, qui tamen textus non of-
349 ficiunt, † quia ex interpretatione præcisa alterius textus in cap. 1. de natura success. feud. ibi: *& hoc est, quod dicitur ad proximiores pertinere*, declaratur verbū proximiores intelligi de proximiori in linea cōi.

Tùm etiam non obstat istud obiectum, quia illi, qui dicūt proximiorem alterius lineæ præferri remotiori communis lineæ, intelligunt de
350 proximiore defuncto, † non autem primo inuestito, vt se ipsos declarant ijdem Rosental. dicto cap. 7. quæst. 57. sub nu. 10. circa finē vers. Communis igitur, & Marta de success. legal. d. part. 3. q. 1. art. 2. nu. 43. & infiniti ex citatis supra à nu. 230. vsque ad nu. 330. qui dicunt propinquum de linea communi præferri, etiam si adsit aliquis proximior primo inuestito; vnde, cū D. Dux Guastallæ sit remotior ipso D. Duce Carolo Vincentio vltimò defuncto, ex ipsorummet sententia præferri debet idem D. Dux Carolus.

Dux Carolus est legitimus successor ex iure primogenituræ.

NVnc expedito capite successionis ex iure feudorum, ostendo Serenissimum Ducem Carolum esse legitimum successorem etiā ex iure primogenituræ, In quo parum insistendum est, quia, cùm sufficienter probatum sit inspecto iure feudali ipsi deberi hos Ducatos, eædem rationes, & argumenta militant quoq; pro iure primogenitu-
351 ræ, quia primogenia regulantur † ad formam feudorū respectu successionis, vt tradunt Gabr. cons. 107. sub nu. 5. & 6. vol. 1. Paris. consil. 72. nu. 72. 73. & 74. vol. 4. Cephal. cons. 664. nu. 3. Decian. consil. 16. nu. 5. & 38. vol. 4. Menoch. consil. 1259. sub nu. 1.

352 Præsertim, quando † bona primogenituræ subiecta, sunt etiā feudalia, Socin. cons. 47. sub nu. 6. vers. Tertia ratio, & nu. seqq. vol. 3. Molina de primogen. lib. 1. cap. 7. num. 1. 2. & sub num. 5. vers. Pro vera huius articuli.

Eadem igitur argumenta deducta in eo capite successionis ex iure feudorum, sufficit ostendere procedere etiam in iure primogenituræ.

Successionem igitur iure istam iure primogenituræ deberi Duci Carolo
353 probat † textus in cap. licet, 6. extra de voto, vbi Summus Pontifex hortatur, imò mandat, vt Andreas Dux, qui fuit secundogenitus Belę

Successio iure primogenituræ debetur proximiori.

354 tertij Regis Vngariæ, ad adimplendum † votū, quod promiserat pro
355 ipso patre, ne ei contingat perdere † successionem, quæ ipsi debita fuisset iure primogenituræ, si defecisset linea fratris sui primogeniti, & euenisset casus eius successionis, prout euenit, nam mortuo Eme-
356 rico fratre primogenito, † & Ladislao nepote ex dicto fratre sine prole, successit ipse Andreas iure primogenituræ anno 1208. vt ex Bōfinio rerum Vngaricarum decad. 2. lib. 7. fol. 273. vsq; ad 277. & ex
357 Michaele Riccio de Regibus Vngariæ, ex quo textu probatur † iure primogenituræ deferri successionem proximiori transuersali, vt etiam obser-

obseruat ibi gloss. in verb. *si dictus Rex.*

Ad idem est textus in cap. grandi, 2. in princ. de supplen. neglig. præ-
558 lator. in 6. vbi dicit fratrem † iure Regni, hoc est primogenituræ, vt explicant ibi scribentes, succedere fratri, si decedat sine filijs.

Secundò, quia in successione primogeniorũ attenditur proximitas
559 vltimi† defuncti, non autem primi acquisitoris, vel institutoris, Castr. cons. 164. sub nu. 5. vers. & si fuit actum, quòd primogenitus, vol. 2. vbi
560 dicit, quòd in primogenijs succeditur † ad similitudinem successorij edicti, & in eodem casu Abbas cons. 85. vol. 1. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. nu. 14. & cap. 6. nu. 31. & cap. 9. nu. 3. cum seqq. Gutierez. lib. 5. quæst. ciuil. 66. nu. 11. cum seqq. & quæst. 67. sub nu. 45. versic. Quod etiam probatur. & nu. 46. & 47. Gabr. cons. 107. per totũ, maxime sub nu. 2. versic. Tamen dubiũ facere, & nu. 7. vol. 1. Marta voto 106. per tot. præsertim nu. 1. & 8. Crauet. cons. 798. nu. 15. Aluarad. de coniectur. mente defunct. lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 44. fol. 326. Spin. in Specul. testamentor. gloss. 19. sub nu. 60. versic. Quod idem dicendũ, Marc. Salon. cons. 29. per totum, maximè nu. 21. & in eadẽ causa cum eo Menoch. consil. 926. nu. 4. & 9. & cons. 1127. nu. 1. & cons. 1259. nu. 3. Peregr. cons. 1. nu. 53. vol. 2. Surd. cons. 494. nu. 4. Io: Ant. Bellon. cons. 11. nu. 40. Sacca cons. 136. nu. 49. vbi testatur de communi, & cons. 233. nu. 34. Castil. controu. quotidian. lib. 1. cap. 20. nu. 24. vbi dicit veriorem, & magis communem, Andr. Kninch. de vestitur. pa-ction. part. 3. cap. 3. num. 7. Colleg. Bonon. inter consilia diuersorum pro Triultijs nu. 67. & 68. fol. 68. Thesaur. iun. q. 12. nu. 18. lib. 2.

Primogenitura postquã intrauit vnã lineã, non transit ad aliam, nisi finita prima.

Tertiò, quia primogenitura, postquàm intrauit vnam lineam, non
561 transit † ad aliam, nisi prius in totum euacuata priori, quãuis in linea remotiori adesset alter proximior. Castr. dicto cõs. 164. sub nu. 5. vers. & si fuit actum, quòd primogenitus. & paulò infrà vers. quousq; igitur aliquis extat, vol. 2. Præpositus in cap. 1. nu. 10. in fine, de feud. Marchiæ, qui recitat præcisa verba Castrensis (secundum morem suum,
562 nam compilauit † totum illum liberum ex aliorum labore transcribendo formalia verba,) Couaru. practicar. quæst. cap. 38. sub num. 6. sub versic. etenim qui primogenium, & sub nu. 12. vers. & natura rei hæc est, Tiraquel. de iure primogen. quæst. 10. sub nu. 21. Gabr. cons. 107. sub nu. 5. & 6. vol. 1. Cels. Hug. cons. 49. nu. 17. & 18. & consil. 93. nu. 6. vers. ita quod magis est priuilegiata. & cons. 120. sub nu. 12. Gutierez. lib. 5. quæst. ciuil. 67. nu. 45. in fine, & nu. 46. Cephal. consil. 656. nu. 47. & 48. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. nu. 14. & cap. 6. in princ. & nu. 30. 31. 32. & 33. Didac. Spin. in specul. testam. gloss. 16. nu. 128. vbi dicit communem, Io: Andr. Geor. alleg. 12. nu. 31. in fine, & nu. 32. Io. Ant. Bellon. cons. 72. nu. 38. in fine, & num. 39. Valenzol. cons. 97. nu. 11. & 12. Menoc. cons. 815. nu. 65. & cons. 1171. nu. 36. Blas. Florez. in addition. ad decis. Gammæ 93. vers. Quarta cõclusio, Sacca cons. 136. nu. 10. vbi testatur de receptissima opinione,

&

& infinitos huius sententiæ cumulat Collegium Bonon.inter consilia diuers.pro Triultijs,sub nu.68.Gratian.discept.forens.456.nu.16.Peregrin.cons.39.nu.15.vol.1.& cons.1.per totum vol.2.quod consilium impressit etiam in fine tract.de iure fisci, sub tit.de successionibus in Regijs dignitatibus,& cons.7.nu.42.vol.3.Thesaur.iun.quæst.34.nu.21.in fine,lib.1.& quæst.12.nu.12.& 18.& quæst.20.n.1.& sub nu.2.versic.& licet plerunque,lib.2.Cacheran.decis.23.sub num.33.versic.sextò pro sorore, Rota decis.681.nu.3.par.2.vltim.Farinac.

Obiectum, quod tertiogenitus nō faciat lineā, qñ prædecessit, qd resoluitur num. 364. vsque ad 382.

Nec obstat,quòd secundo,vel tertiogenitus non dicantur facere li-
363 neam,quando illa non habuit initium,† eo quia mortuum sit caput illius,antequam eueniret casus eius successionis,vt prædecessit Ludouicus tertiogenitus Federici,ex cuius Ludouici linea prætendit succedere Carolus eius filius,prout tradunt Marta de success.legali,par.3.q.1.artic.2.num.37.& 38.cum seqq. & nu.63.64.& 68. tom.1. & part.4.quæst.21.artic.13.num.17.& seq.tom.2. & ante eum Molina de primogen.lib.3.cap.6.num.34.Paponi.consil.117.nu.8. Valenzol.consil.97.num.10.

Resolutio obiecti, q̄ linea Ludouici patris Ducis Caroli,nō habuerit initium.

364 Namque obiectum † remouetur ex doctrina ipsiusmet Tiraquelli pro fundanda sua intentione à Marta adducti,& ab alijs in oppositum allegatis, qui probè huic motiuo satisfaciunt.

Tiraquellus enim de iure primogenior. quæst.40.nu.55. adductus à Marta, respondet, quòd, licèt qualitas primogenituræ non transeat
365 in filium,quando non habuit initium in eius patre,transit tamen† potentia succedendi ex ea qualitate,per textum in §.ceterum in Auth.de hæredib. ab intestat.venient.inductum,vt per eum,quæ responsio est Socini in cons.252. num.15. vol.2. licèt de eo nullam faciat mentionem Tiraquellus, nam id,quod dicitur lineam non posse incipere,ni-
366 si ab eo, qui successionem occupat, intelligitur † de occupatione habitu, & potentia, non autem actu, vt declarat Papon. dicto cons.117. num.14.

Sed clarius, & tutius respondendo dico,quòd lineæ occupatio non
367 est petenda † à Ludouico patre Ducis Caroli præmortuo,in quo non habuit initium, sed à Federico primogenito eius patre, in quo fuit radicata,& habuit initium pro omnibus eius descendentibus;dum enim ipse vti primogenitus successit (excluso Ferdinando auo Ducis Gua-
368 stallæ) acquisiuit † ius omnibus suis descendentibus, & eius occupatio illis sufficit,& prodest ad obtinendam hanc successionem, vt probat text.in d.cap.1.§.final.de natur.success. feud. & tradunt in specie Molin.de primogen.lib.3.cap.6.nu.35.Peregr.cons.33.nu.27.vol.2.& Papon.d.cons.117.nu.13. Primogenitus namque statim,quod na-
369 scitur,& multo magis, vbi succedit includit† se,& omnes suos descendentes,& excludit secundo,& tertiogenitos,& eorum posteros,Bal.in l.cum antiquioribus,19.sub nu.18. versic.Nonò,quia primogenitus, C.de iure deliberand.Castr.cons.164.sub nu.5.versic.Quousq; igitur aliquis

Primogenitus ius acquirit pro omnibus suis descendentibus.

Primogenitus statim quod nascitur īcludit se, & omnes suos descendentes.

aliquis extat de primo capite, vol.2. Præposit.in d.cap.1. sub num.10. versic. Decimoseptimò, quia primogenitus nascendo, fol.34. col.2. de feud. Marchiæ, Molina de primogen. lib.3.cap.6.num.30. Menoch. consil.442.num.11.& 37.& consil.981.num.7. Valenzol.consil.97. num.9. Muta decis.57. num.16.

370 Et sibi, & suis posteris ius illud acquirit † taliter, vt eis à nemine auferri queat, Abb.consil.85.col.1. versic. Ergo hoc ius succedendi illico, vol.1. Tiraquel.de iur.primog. quæst.40.num.200. Roland. consil.38.nu.24.vol.4. Molin.de primogen.lib.3.cap.6.nu.37. Menoch. consil.211.nu.58.& consil.442. nu.27.& consil.1082. nu.11.& 16.

371 Et censetur stipulatum † ius nomine singulorum primogenitorum successiuo ordine (maximè in casu isto, in quo quilibet primogenitus facit renouationem inuestituræ pro se, & primogenito, & finita linea primogeniti, pro secundo, & tertiogenitis, & eorum descendentibus ad formam primæ inuestituræ,) Alciat.consil.21.num.7. lib.3. aliàs est consil.184. quod consilium est etiam inter consilia Grati consil.8. vol.1.

372 Et istud ius, quod successoribus acquiritur non vi † transmissionis eis debetur, vt voluere Crauet.consil.677.nu.9. & consil.798. num.17. Bero.consil.71.nu.9.& 31.vol.1. Peregr.consil.1.nu.21.vol.4. Sed potius titulo † particulari, & separato à iure præcessoris ipsis ex persona propria competente deficientibus anterioribus, sad similitudinem successorij edicti, vt aduertit Castr.d.consil.164.colum.2. versic. Sequitur, quòd etiam eo casu, quo, &c. & col.4. versic. Vel melius, & subtilius dico, vbi circa hoc discurrit per integram columnam, & sub nu.5. versic. Applicando igitur, & versic. Et si fuit actum, quòd primogenitus, vol.2. Præposit.in cap.1. sub nu.10. paulò ante finem dicti numeri de feudo Marchiæ, Molina de primogen. lib.1.cap.1. sub nu.17. vbi plures allegat, & lib.3.cap.6. sub num.29. Menoch.consil.1082.num.9. dixi in controuers.mea forens.57. num.36.& 37. *Ius cōpetens de scēdētibus à primogenito cōpetit ex persona propria.*

373

Quod ius posterioribus acquisitum per occupationem primogeniti, qui habeat plures fratres, vel qui procreet plures filios, non remanet peremptum, † sed tantùm offuscatum, nec ipsi gradatim, & successiuo ordine vocati remanent perpetuò exclusi, sed tantùm suspensi, donec linea primogeniti durat, qua deficiēte fit locus sequenti ex propria persona absq; adminiculo præcessoris, & in eo incipit operari ius proprium ipsi acquisitum à communi stipite, Castr.d.consil.164.col.4. in fine, versic.& tunc incipit habere locum aliud ius, vol.2. Afflict. in cap.1. sub num.11. aliàs sub nu.7. de filijs natis ex matrim.contract.ad Marganatic. Molin. de primogen. lib.3.cap.6.num.37. Decian.consil.16.num.8.vol.4. Menoch.consil.808.nu.31.

374

Et habita consideratione ad personam Federici aui, & preoccupationem factam ab eo pro omnibus suis descendentibus Dux Carolus

375 non dicitur † transuersalis, nec carere principio, sed de descendentibus, Iason.in preludijs feudorum sub nu.83. Menoc.consil.815.nu.25.

Imò

376 Imò in primogenijs is, qui reliquit filiũ non censetur mortuus,† quia portio corporis paterni censetur trãsfusa in filium, vt difusè prosequitur in proposito Castr.dicto consl.164. nu.3.vers. Posito autem, quòd prędicta cessarẽt, Abb.consl.85. nu.6. vol.1.Hieron.Schiurpf.consl.1. nu.14.cent.2.Rimin.Iun.cõsl.741.nu.16. vol.7.Gudalin.de iure feu-
377 dor.part.3.cap.2. sub nu.12. vbi dicit, quòd parentes † intelliguntur viuere in eorum liberis,latè Andr.Sicul.consil.10.nu.5.& 6.versic.& facit ratio viua, vol.2.

378 Hoc idem, quod non impediat † successionem in primogenijs filio præcedẽtia patris antequàm habuerit principium in eius persona, comprobat Petrus Matthæus in sua historia reuolutionum Franciæ lib.3. fol.178.impressionis Venetæ 1624. his verbis.

La pretensione, e dritto della primogenitura è perfettamente acquistata dal primogenito, da che egli è venuto al Mondo, & è fatt'huomo, il qual dritto, e prerogatiua essendo in lui, è continuata nella sua posterità per la consuetudine, e commune osseruanza del Regno.

La ragion di coloro, che tengono, che questo dritto non fosse giamai acquistato dal Padre, non è punto cõsiderabile; perciòche, posto, ch'egli non hauesse, che la sola (è qualche volta vana) speranza, è permesso tuttauia à suo figliolo di seruirsene, e cercar gl'effetti, secondo che possono presentarsi, e ancora ch'il figliolo del primogenito sia vn grado più lontano del Zio; nondimeno essendo subrogato in luogo di suo padre, deue essere preferito; perche la ragione della preferenza non è solamente acquistata per voi, ma anco per la persona d'altri, talmente, che restando qualche cosa di questa primogenitura, altri non possono vsurparsi il luogo in qualonque maniera si sia.

Le medesimi leggi, e consuetudini, che sono osseruate nel feudo, ò vassallaggio, sono considerabili anco nel Regno, e feudo dominante, e nel feudo il zio non è chiamato à tal successione, se nõ per mancanza del nipote.

Inuestitura tollit obiectũ, quod linea Ludouici non habuerit principium.

Sed omnis difficultas huius motiui, quòd linea Ducis Caroli non
379 habuerit initium, tollitur † omninò ex tenore, & pacto ipsius inuestituræ, quòd nepos ex filio pręmortuo excludat patruum, nam inde sequitur, quòd quis admittatur ad primogeniturã, licèt eius pater prædecesserit, quando, si ille viueret, foret successurus, vt in specie obseruarunt Castr.dicto consl.164.sub nu.2.vers.Secundò dico dubiũ istud tolli, vol.2.& in eadem causa Abb. consl.85.pariter sub nu.2.in princ. vers. & eo amplius in casu nostro, vol.1. & in similibus dispositionibus potissimũ attendendũ esse earum tenorem, deducã infra nu.392.

Nepos in primogenijs secũdum veriorem præfertur patruo.

Quod etiam circumscripto ipso inuestituræ pacto ex communiori, veriori, & vsu obseruata opinione, nepotem ex filio præmortuo præ-
380 ferri † patruo, voluerunt Castr.dicto consl.164.vol.2. Abb.dicto consl. 85. vol.1.Gramat.decisl.1. Couaru.practic. quæst.cap.38. nu.6. Bero. consl.71. nu.4.& 34.vol.1. Gabr.consl.130. nu.37.vol.2.Socin.consl. 252. nu.17.vol.2. Lanar. consl.1. nu.49. Natt. consl.22.nu.2.Menoc. consl.

conſ. 1082. nu.20. vbi recitat quadragintaquinque doctores hanc tenentes, Peregr.conſ.33.nu.1.vol.2.Gratian.diſceptat. forenſ.456.nu.40.& 41. Roſental.de feud.cap.7. quæſt.26. nu.12.& 13.gloſ. p. vnde, ſi filius, cuius pater numquam habuit ſucceſſionem, excludit patruum, reſultat, quòd etiam de iure communi ei non obſtet, primogenituram non habuiſſe initium in dicto eius patre.

381 Et ſicuti nepos reſpectu aui excludit patruũ, ita etiam quando † agitur de hæreditate fratris, vel aliorum tranſuerſalium, ſecundogenitus excludit tertiogenitum, vel nepos ſecundogeniti excludit tertionegotium, vel poſteriores, vt conſiderat Socin.conſ.252. ſub nu.11. verſic. qua ergo ratione, Gatian.diſceptat.456. & dicam infra nu.405.

382 Linea enim prędilectorum debet finiri † antequàm admittantur alij, l.2.§.defertur, ff.de bonor.poſſeſ.ſecundum tabul. l.quamdiù 68. ff.de acquir.poſſeſſ.l.hæredes mei 57.§.fin.ibi: *propter gradus fideicõmiſſi præſcriptos*.ff.ad Trebell.cũ alijs apud Valẽzol.conſ.97. nu.110.

Vre quoque Regni deberetur hæc ſucceſſio Duci Carolo, excluſis omnibus alijs agnatis, vbi non eſſet data lex ex inueſtituris, nam ſucceſſio in Regnis, Ducatibus, & maioribus Marchionatibus (circũ-

Dux Carolus eſt legitimus ſucceſſor etiam iure Regni.

383 ſcriptis inueſtituris, quando ſunt feudalia, & feudales) defertur † iure quodam particulari Regni diuerſo ab alijs ſucceſſionibus, vt eſt textus in cap. grandi, 2. ibi: *iure Regni*, de ſuppleñd. negligent. prælator. in 6. vbi Innoc. ſub nu.1. & 2. inquit idem ſeruandum eſſe in Ducatibus, Io: de Terra Rubea in tractat. contra rebel. tract. 1. concluſ. 12. fol. 13. Amed. de Pont.conſ. 139.nu.4.vol.2. diuerſor. vltim.volunt. Raudenſ.conſil.1. nu.150.& nu.152.vol.1. Purpurat. conſ.429. nu.3.verſ. Tertia eſt ſpecies, Peregr. conſ.1.nu.5. vol.2. Gudelin. de iur. feud.part.3.cap.2.nu.15. cum alijs multis, qui poſſent adduci.

384 Ius autem particulare Regni defert † ſucceſſionem proximioribus primogenitis de linea vltimi defuncti, vt in cap.licet 6. ibi, *iure, quo tibi, ſi dictus Rex ſine prole decederet in Regno Vngariæ competebat ordine genituræ*. extra de voto, & in dicto cap. grandi 2. in princ.de ſuppleñd. neglig. prælat. in 6. vbi dicit fratrem fratri ſine prole defuncto iure Regni ſuccedere, Bald. conſ.386.col.pen. circa finem vol. 2. vbi

Iure Regni ſucceſſio defertur primogenitis proximioribus.

385 dicit, quòd primogenitus dicitur † filius Reginalis, hoc eſt ſucceſſurus in Regno, & idem Bald. in l.ex hoc iure, 5. nu.11. ff.de iuſtitia, &

386 iure, inquit, quòd ſemper fuit, † & ſemper erit, quòd primogenitus ſuccedet in Regno. Anton.de Butrio in d.cap. grandi, 2. ſub nu.3. & Franc.ſub nu.2.de ſupplen. neglig.prælat.in 6. Io: Lupus de retentio. Regni Nauarrę part.5.§.6.verſ. Regnum quidẽ, fol.570.in impreſſione Lugdunenſi anni 1576. Guliel.Bened. in c. Rainutius 16.in verb. *in eodem teſtamento, il primo*, nu.148. extrà de teſtam.Peregr.conſil. 1.ſub nu.57. verſ. Diuerſum eſt in ſucceſſionibus, vol.2.vbi, quòd in

387 Regno primo natus, & eius linea † præfertur ſecundo natu, & illius lineæ, & ſecundo natus cum eius linea præfertur tertio natu, & ipſius

lineæ, & sic deinceps; & idem sensit Innoc. in dicto cap. grandi, 2. in primis verbis de supplen.neglig. prælator.in 6.dum dicit speciale esse
388 in Regno, quòd Reges non possint † priuare nedum filios, sed nec fratres, vel alios cõsanguineos ex stirpe paterna descendẽtes; & idem post eum tradunt in dicto cap.grandi, 2. Ioan. Andr. in verbo *Iure Regni*, Io: Monac. nu. 2. Archidiaconus pariter sub nu. 2. Anto.de Butr. sub nu. 3. Dominic. nu. 8. vbi vterq; dicit quòd non potest priuare collaterales, Corset. nu. 190. Franc. sub nu. 2 de supplen.neglig. prælator. in 6. Anchar. consf. 339. sub nu. 7. vers. Nam verisimile, Bald. in sua Margarita in verbo *Reges non possunt*, Anton. Corset. de potestat. Regia, par. 2. quæst. 8. Abb. in cap. intellecto. 35. nu. 5. de iureiurand. Io: le Cerier. de primogenit. lib. 3. quæst. 3. sub nu. 4. vers. Sed his non obstantibus, Lancellot. Corad. in templo omnium Iudicum, lib. 1. cap. 2. §. 1. q. 1. nu. 17. fol. 99. Anton. Bagnasac. in cons. 140. nu. 2. vol. 2. diuersor. vltimar. volunt. Rauden. cons. 1. nu. 29. vol. 1. latè Lanari. cons. 1. à nu. 7. vsque 25. maximè nu. 12.

Collaterales succedunt etiã iure Regni.

Si igitur præcessor non potest præiudicare nec descendentibus, nec collateralibus in successione Regni, vel Ducatus, consequitur, quòd
389 ex iure Regni etiam collaterales † succedant, & cum contrarium statutum non reperiatur, successio deferenda sit quò ad proximitatẽ secundũ ius cõe, vbi contraria non extet consuetudo, nempè quòd pro-
390 ximior vltimò defuncto † admittatur iuxta superius deducta in primo capite, nu. 56. & euincit text. in dicto cap. licet, 6. extra de voto, & dicto cap. grãdi. 2. de supplend. neglig. prælat. in 6. & aduertit Michael ab Aguir. in cons. de success. Regni Portugal. par. 1. nu. 15. 22. & 142. Guliel. de Monserat. in tractat. de success. Regum Franciæ in primo dubio per totum, maximè nu. 35. 36. & 37. Peregr. cons. 1. nu. 21. vol. 4. & benè, & latè idem Peregr. cons. 1. vol. 2. Raudens. cons. 2. nu. 59. vol. 1. quod aliàs est consil. 142. vol. 2. diuersorum vltimar. voluntat.

Quòd si vellemus successionem Regnorum, Ducatuum, & similiũ
391 dignitatum proximè accedere † ad regulam successionis in feudis, vt voluit Cacheran. in cons. 138. nu. 14. vol. 2. diuers. vltimar. volunt. iam demostraui iure feudorum Serenissimum Ducem Carolum legitimum esse successorem, & non alium.

DuxCarolus est legitimus successor attento tenore inuestituræ.

Ex tenore quoque inuestiturę adeo clarè constat successionẽ istam deberi dicto Duci Carolo, vt clarius hoc exprimi non potuisset.
392 Tenor enim concessionis in primis inspici debet, † si ex eo colligi potest succedendi norma, & vt argumento textus in cap. porrò, 7. extra de priuileg. & tex. in l. si quis stipulatus sit Stichum, 112. in princ. & in l. si ita stipulatus, 126. §. Chrysogonus, vers. *Plerunque enim in stipulationibus.* ff. de verb. oblig. & in l. fideiussores Magistratuum, 69. §. 1. vers. *Lecta subscriptione fideiussionis*, ff. de fideiussoribus, tradit Castr. in consil. 164. sub nu. 2. vers. Secundò dico dubium istud tolli, vol. 2. & cum eo in eadem causa Abb. d. cons. 85. col. 2. vers. Venio igitur ad

primum

primum, circa quod dico animaduertendum, vol.1. Cels. Hugo cons. 120. nu.12. in fine, Couar. practicar. quæst. cap. 38. nu.7. Pereg. cons. 64. num.8. vol.2. dixi in sequenti articulo nu.35. & 36.

393 Disponit igitur inuestitura,† quòd primogenitus succedere debeat, & præferatur alijs suis fratribus, & filijs ipsius inuestiti, & ad hoc vt euacuetur priùs tota ipsius linea, antequàm per saltum transcendatur ad secundo, & tertio, & deinceps genitos, disponit, quòd si filius primogenitus decedat viuente patre, filius primogenitus ipsius primogeniti prædefuncti succedat, & præferatur patruis, & alijs quibuscunq;, quod mandat obseruati in omnibus primogenitis eorum, qui descenderent ab ipso primogenito, & sic vult euacuari debere in totũ lineam primogeniti, qui præoccupauit antequàm deueniatur ad alias, vt verba ipsius Inuestituræ retuli suprà nu.9. cum seqq.

Sed finita linea primogeniti, & omnium eius descendentium, tunc 394 vult,† quòd succedat secundogenitus, seu si ipse prædecessisset (& hic est punctus decisionis pro Duce Carolo) primogenitus ab ipso ordinatè descẽdens, vt supra in primogenito, dictum fuit, & postea dat re- *Punctus inuestitura pro Duce Carolo.*
395 gulam generalem,† quòd idem intelligatur de tertio, & quartogenitis, & sic deinceps, vt in verbis præcisis relatis supra in narratione facti, num.13. & 16.

Modò applicando hanc dispositionẽ ad casum nostrum, cùm Franciscus primogenitus Federici communis stipitis decesserit sine prole,
396 debuit† succedere, sicuti successit Gulielmus secundogenitus, qui sublato Francisco incępit esse primogenitus; Huic Gulielmo ex for-
397 ma ipsius inuestituræ succedere debebat† eius primogenitus, qui fuit Vincentius, & primogenitus ipsius Vincentij, sicuti successerunt ipsi Vincentius Gulielmo patri, & Franciscus primogenitus ipsi Vincentio suo genitori, cuius Francisci primogeniti defecta linea masculina,
398 fuit factus† locus Ferdinando secundogenito eiusdem Vincentij, &
399 mortuo Ferdinando sine prole legitima, delata fuit successio† Vincentio tertiogenito prædicti Vincẽtij, qui pariter decessit sine descendentibus legitimis, & sic fuit euacuata, & defecit in totum linea masculina secundigeniti ipsius Federici.

400 Vnde succedere deberet† Ludouicus tertiogenitus, si extaret ex illis verbis, *deficientibus primogenitis primogenitorum, tunc secundo genitus ex te ortus successor existat*, iunctis alijs verbis, *illud intelligendo de tuis tertio, & quartogenitis, & sic deinceps*, & cum ipse Ludoui-
401 cus amplius nõ sit in humanis, succedere debet† Dux Carolus ipsius Ludouici primogenitus ex alijs claris verbis inuestituræ, dum dixit, quòd defecta linea primi, & secũdigeniti successor existat tertiogenitus: *Siue ipse primogenitus ab ipso ordinatè, & secundum rectam lineam masculinam descendens, vt suprà*: Qui primogenitus tertiogeniti Fe-
402 derici est ipse Dux Carolus; Et hoc non obstante,† quòd adessent aliqui seniores, vel proximiores primo inuestito, ex alia dispositione

eiusdem inuestituræ, quòd nepos mortuo patre ante sibi delatam successionem, *præferatur patruis, & alijs quibuscunque*, & sic etiam Duci
403 Guastallæ, qui sine dubio comprehenditur † sub illis verbis: *Et alijs quibuscunque*; & quia, si vult, quòd præferatur patruis proximiori-
404 bus, multò fortius vult, † quòd præferatur secundo patrueli remotiori; Ita vt, si tunc casus euenisset, non potuisset clarius inuestitura deferre hanc successionem Duci Carolo.

Idem enim iuris est etiam de iure communi vltra prædictam dispositionem inuestituræ in primogenijs respectu primogenitorum trans-
405 uersalium, † quod est respectu descendentium, & in transuersalibus idem est respectu secundogeniti erga tertium, & tertij erga quartum, quod est de primo respectu secundi, Socin. d. cons. 252. sub num. 11, vers. Qua ergo ratione voluit, vol. 2. Gratian. discept. forens. 456. nu.
406. 19. & primogenitus dicitur, qui tempore successionis est primus, † licèt aliàs fuisset secundus, tertius, vel quartus, Io: Vincent. de Anna in repetition. cap. 1. in verbo *refutauit*, nu. 192. de vasal. decrepit. ætatis, fol. 136. & allegat. 139. nu. 10. Surd. cons. 494. nu. 1. Alba cons. 382. nu. 65. & cons. 383. nu. 2.

Aliud argumentum ex tenore inuestituræ.

Secundò, successionem deberi ipsi D. Duci Carolo cõuincit dispo-
407 sitio eiusdem inuestituræ, † dum vult, quòd si ex primogenitis aliquis fuerit amens, vel aliter inhabilis ad regimen Marchionatus, successio transferatur in proximiorem post eum, vt in verbis relatis supra nu.
408. 17., quis autem debeat esse iste proximior † statim insinuat, dum ordinat declarationem, quòd quis sit amens, vel aliter inhabilis ad gu-
409 bernium, spectare ad eum † *cui succedi habet*, quod necessariò intelligi debet de vltimo præcessore, quia impossibile esset declarationem istam successiuis temporibus peti à primo inuestito multò antea defuncto: Si igitur inuestitura intendit, quòd succedatur vltimo posses-
410 sori, ergo ille proximior, qui successurus est, † eidem propinquior esse debebit, non autem primo, & sic Dux Carolus vti proximior Duci Vincentio vltimò defuncto erit ex ipsius inuestituræ tenore legitimus successor.

Et dicit Afflictus in constitutione Regni incipiente *Violentias*, sub nu. 26. vers. Item posset esse iusta causa, fol. 116. col. 4. tomo 1. & sub nu. 61. quòd vidit sententiam Regis Roberti latam in fauorem filij
411 ex primogenito prædefuncto † contra patruum possidẽtem feudum, (& sic in fortioribus terminis) quia constabat per priuilegia, (vt etiam hìc) quòd nepos succedere debebat.

Obiectũ ex verbis inuestituræ, primogenitus ex te natus tibi succedat, per quod videtur attẽdenda proximitas primi inuestiti, resoluitur n. 413 vsque ad 417.

Non obstat, quòd imò ex verbis ipsiusmet inuestituræ videatur attendenda proximitas primi inuestiti, & acquisitoris, dum dirigit ver-
412 ba successionis ad eum, † ibi: *Sancimus, quòd primogenitus tuus, Marchio Io. Frãcisce, masculus ex vero, & legitimo matrimonio ex te natus in Marchionatu &c. tibi succedat*, non autem successio petenda sit ab vltimo defuncto, vt considerat Collegium Bononiense inter consi-

lia

sia diuersorum pro Triultijs nu.54.& 55. Menoch. consil.815. ante num.62.

Quia dupliciter respondetur. & Primò, quòd, dum vult nepotem,
413 & quemlibet alium † descendentē anterioris geniti præferri patruo, & alijs quibuscunque posterius geniti, remouet hanc difficultatem, nā patruus est proximior primo stipiti, & nihilominus vult, quòd excludatur à remotiori, & Doctores in contrarium citati nō loquuntur in terminis similis dispositionis, per quam vna pars inuestituræ declaratur per aliam.

Secundò respondetur, quòd, vbi inuestitura dicit, quòd succedatur
414 inuestito, loquitur † de eius primogenito, & de eo, qui immediatè successurus est illi, qui suscepit inuestituram, vnde necessariò proximitas est etiam ab eo petenda, & successio ad eum reflectitur; sed quando transit ad successionem descendentium ex secundogenito, quæ posset euenire eo tempore, quò primus inuestitus non sit amplius in rerū
415 natura, nō dirigit † amplius verba successionis ad eum, sed cautè impersonaliter loquitur his verbis, *successor existat*, nec dicit cui, vnde intelligi debet, vt successor existat ei, qui vltimo loco decesserit, tū quia
416 inferius postea declarat † ipsam impersonalitatem, dùm vult declarationem, quòd primogenitus sit amens, & inhabilis, spectare ad eum, cui succedi debet, quæ declaratio vtiq; fieri nequit, nisi ab vltimo possessore ob mortem primi inuestiti multò ante secutam, vt consideraui supra nu.409. tùm etiam, quia in renouatione singularum inuestitu-
417 rarum, prout quisq; primogenitus succedit illæ concipiuntur, † vt primogenitus futurus ipsi inuestito succedat, sicuti cantat prima, & sic necessariò successio semper dirigitur ad vltimum possessorem, & ipsa prima inuestitura referebat successionem ad primum inuestitum, quia ille futurus erat primus prædecessor, cui necessariò succedēdum erat.

418 Non obstat etiam, quòd patruus excludat nepotem, † vbi vocatur primogenitus ex corpore inuestiti natus, prout loquitur præsens inuestitura, vt per Albam cons. 60.nu.7. & 8. quia ipsamet inuestitura sustulit hanc difficultatem; nam etsi voluit primogenitū natum ex corpore inuestiti succedere, declarauit tamen postea explicitè, quòd nepos præferretur patruo, & Alba non loquitur, vbi extat contraria expressa dispositio. *Obiectū ex verbis ex te ortus resoluitur.*

419 Sed & obiectum cessat, quia quæstio ista non versatur inter † patruum, & nepotē, sed inter secundos patrueles, vno tamen eorum, qui est Dux Carolus ex stipite communi cum vltimo defuncto, altero, qui est Dux Guastallæ ex stipite superiori; & adhuc etiam in omnem ca-
420 sum nepos dicitur † natus ex corpore aui, quamuis dispositio loqueretur per dictionē *ex* denotantē causam immediatam. Bald. in l.1.nu.4. C.de condit. insert. Castr. cons. 164. num.3. in fine, vol.2. Socin. sen. cons.51. sub nu.10. vol.4. Rimin. Iun. cons. 604. sub nu.26. vol.6. Laderch. consil.58. num.4. dixi in controuers. forens. 365. num.31.

Deniq;

41

Dux Carolus est legitimus successor attenta obseruantia.

DEniq; si attendamus obseruantiã, pariter successio spectat ad Ducem Carolum, nam mortuo Francisco primogenito Federici si-
421 ne prole de anno 1550.† successit Gulielmus frater,& tamen si attendenda fuisset proximitas primi stipitis, succedere debuisset Ferdinandus patruus auus moderni Ferdinandi Ducis Guastallæ,qui erat pro-
422 ximior ipsi primo stipiti, & tunc viuebat, cùm obierit † tantùm de anno 1556.

Mortuo Francisco filio Ducis Vincentij sine prole masculina suc-
423 cessit † Ferdinandus eius frater, non autem Ferdinandus nunc Dux Guastallæ proximior primo inuestito.

Mortuo Ferdinando filio eiusdem Ducis Vincentij sine filijs legiti-
424 mis successit † Vincentius frater remotior primo stipiti, sed proximior vltimo defuncto, non autem prædictus Dux Guastallæ proximior primo inuestito, & remotior vltimo possessori.

Præterea Margarita Paleologa mater Gulielmi, & Ludouici patris
425 Ducis Caroli, quæ obijt † de anno 1556. testando declarauit ipsum
426 Ludouicum futurum successorem † deficiẽte linea Gulielmi, vt in facti specie præposita à Menochio cons.160.ibi, *Ma in tutti li suoi beni.*

427 Dux Vincentius primus in suo testamento commendauit † generaliter,omnes sibi sanguine coniunctos, sed specialiter dixit, *& præcipuè existiment,& in honore habeant Excellentiss. Ducẽ Niuernensem domus, & familia ipsius D. testatoris membrum tam illustre,& insigne.*
Idem Dux Vincentius,dum in prima aula quadrata suæ habitationis pingi curasset omnes prędecessores domus Gonzagæ, qui dominati
428 sunt in istis Statibus equitantes, omnes panno serico operuit,† ita vt modica pars conspiciatur, Federicum verò communem stipitem, & ceteros subsequentes absq; vllo velamento in prospectu reliquit,cum misterio nõ tantùm,quòd fuerit primus Dux,sed etiam volens significare descendentes ex eo esse legitimos, & proximos successores.

Bernardus Tassus in suo poemate (*l'Amadigi*) consulto præponit
429 Ducem † Ludouicum stipiti Ducis Guastallæ in cantu 100. stantia 13.fol.722. his carminibus.

Ecco Gulielmo, à cui di lucid'onde
Apporta il puro Mincio il corno pieno,
E veste di smeraldo ambe le sponde,
Che rendono quel Ciel lieto, e sereno;
Di cui le treccie s'orna aurate, e bionde
La bella Manto; e fregia il tergo, e'l seno.
E DVO FRATELLI suoi, alla cui gloria
Fia ancor chi sacri vn'immortal historia.
Veggio del gran Ferrante i cari pegni,
Che'l bel monte poggiar fanciulli ancora,&c.

Ferdinandus filius Ducis Vincentij facto notabili hoc declarauit,
430 tum accersito † Duce Retheli primogenito Ducis Caroli vti pignore

futuræ

431 futuræ successionis, tùm faciendo scribere † in iure à pluribus fęminas descendentes à Duce Vincentio primo excludi à Ducatu Montisferrati per D. Ducem Niuernij, & qui hoc scit testimonium perhibet.

432 Dux Vincentius vltimus illum declarauit,† & instituit in his Ducatibus vti legitimum successorem, & dum adhuc viueret eius filio nomine patris recipienti fecit iurare fidelitatem à subditis, mandauit eidem consignari arces, & denique illi adhuc viuens dedit Statuum possessionem, & mandauit contrahi matrimonium inter Principissam Mariam neptem, & primogenitum eiusdem Ducis Caroli.

In publicis sessionibus,& equitationibus Don Cæsar Princeps Gua-433 stallæ, licèt longæ maioris ætatis,habuit † inferiorem locum sine vlla contradictione, & querela, imò voluntariè,quia potuisset non venire tàm sub Duce Ferdinando,quàm sub Vincentio secundo, & maximè in coronatione eiusdem Vincentij, Dux verò Retheli adolescens habuit primum locum tanquàm filius proximioris successoris. *Princeps Guastallæ licet longe maioris ętatis cessit locum superiorem Duci Rethels iuniori.*

Quod autem sæpè fuerit obseruatum, vt proximior vltimo defuncto, vel descendens ex anteriore genito ad exclusionem posterioris geniti, vel eius descendentium successerit in Regnis, & Ducatibus, seruata etiam prærogatiua lineæ,historiarum curiosi facilè cognoscere poterunt.

434 Andreas ille Dux, † de quo in cap. licet,6. extra de voto, successit Ladislao nepoti ex Emerico fratre primogenito defuncto sine prole in Regno Vngariæ anno 1208. vt ex Bonfinio in histor. rerum Vngaricar. lib. 7. decad. 2. & Michaele Riccio de Regibus Vngariæ. *Exempla similium successionum.*

435 Ludouicus duodecimus † successit Carolo octauo in Regno Franciæ in quinto gradu transuersali sibi attenti, excluso Francisco,qui descendebat à posteriori genito,qui postea & ipse fuit Rex, de qua successione scripsit tractatum Gulielmus de Monserrato.

436 Simillima huic nostræ fuit successio † Henrici Quarti in Regnò Franciæ, nam Franciscus primus Rex Franciæ vnum tantùm reliquit filium masculum Henricum secundum, sicuti & Gulielmus vnicum tantùm Vincentium, Henricus secundus Rex Franciæ quattuor reliquit filios masculos,sed vltimus præmaturè decessit, & sic remanserũt tres,Franciscum secundum,Carolum nonum,& Henricum tertium, qui omnes decesserunt sine prole, & vnus post alium successit in Regno; ita & Vincentius tres reliquit masculos, Franciscum, Ferdinandum,& Vincentium,qui nullam habuerunt sobolem legitimam masculinam, & vnus post alium successit in istis Ducatibus. Henricus tertius Rex Franciæ vltimus ex tribus filijs Henrici secundi moriens declarauit successorem in Regno Henricum Quartũ agnatum transuersalem, quia descendebat ab Antonio primogenito, licèt haberet Carolum Borbonium Cardinalẽ patruum ipsius Henrici Quarti, sed quartogenitum fratrem ipsius Antonij, & filiũ Caroli aui dicti Henrici

rici Quarti, vt in historia rerum Francicarum Ioannis Serrani in vita Henrici quarti in principio, Alexandri Campigliæ turbulentiarum Franciæ lib.1.fol.5.6.& 7.& lib.9.fol.587. Petr. Matthæ. in historia reuolutionum Franciæ lib.3.fol.175. cum pluribus sequentibus, vbi fol.177.habet hæc verba: *Perilche si vede, ch'il Rè di Nauarra è rincolato d'vn grado di più del Cardinale, perche egli è al decimo, & il Rè all'vndecimo; ma si vede così anche, ch'il Rè è figliolo del primogenito della casa di Borbone, è per conseguenza preferito à tutti gli altri nelle pretēsioni della casa Regale*; & ibi recitat multa exempla. Elias Reusner. in genealogia Regum fol.339.& 340. Vincentius vltimus Dux Mantuæ similiter declarauit successorem Carolum Ducem Niuernij non remotiorem vt erat Henricus Quartus, sed proximiorem.

Et hac quoque ratione, quòd proximior in linea præferatur, fuit ab
437 Anglis datum Regnum † Angliæ Iacobo sexto Regi Scotiæ, tanquā descendenti ex Margarita filia natumaiori Henrici septimi Anglorum Regis eius proauia, & coniuncto in sexto gradu Elisabettæ vltimæ Reginæ Angliæ, vt in proposito hoc exemplum adducit Gudelin. de iure feudor. par.3.cap.2. sub nu.12. fol.112. vbi refert etiam
438 aliud exemplū † de Henrico posthumo Principe Condei, cui Franci antequàm proles nasceretur Henrico Quarto Regi Franciæ destinabant successionem Coronæ, quamuis Marchio Contij sius, & Comes Suessionum eidem Henrico Quarto vno gradu reperirētur proximiores, cùm illi essent eius patrueles, Princeps verò Condei esset filius patruelis, sed patruelis primogeniti, cuius Gudelini verba præcisa
439 retuli supra nu. 321. & plura alia similia exempla † refert Azorius parte 2. Instit. Moral. lib.11. cap.2. quæst.11. fol.672.

ARTICVLVS SECVNDVS.

SVccessionem Ducatus Montisferrati spectare ad Serenissimū Ducem Carolum vti agnatum masculum, exclusa Serenis. Ducissa Margarita sorore Ducis Vincentij vltimò defuncti.

GVLIELMVS huius nominis vltimus, quem Benuenutus in sua Chronica impressa dicit nonum, secundum verò Fabrum in suo compendio causę Montisferrati esset septimus huius nominis Marchio Mōtisferrati, de anno 1517.
1 desponsauit † per verba de futuro Mariam filiam suam primogenitam septennem Federico Marchioni, & postea primo Duci Man-

2 Mantuæ, Anno ſequenti 1518. die 4. Octobris deceſſit † ipſe Gulielmus
3 ſuperſtitibus dict. Maria, & Margarita filiabus, ac Bonifacio † vnico
4 maſculo, qui nondum compleuerat † ſex annos, vt hæc omnia habentur apud Benuenutum in ſua chronica impreſſa carta vltima.

Dum autem expectaretur tempus idoneum pro celebratione ipſius
5 matrimonij deceſſit † improuiſa morte ipſa Maria, vt per Antonium Poſſeuinum iuniorem virum ſummæ eruditionis in omni diſciplinarum genere in ſua Gonzaga lib. 7. fol. 728. in fine; ſed cum erepta vna non deficeret altera ſoror Margarita, mediante qua poterat continuari hęc deſtinata ſanguinis coniunctio, annuentibus etiam, & hoc cupientibus ipſis partibus, & conſanguineis, Marchio Bonifacius vnigenitus
6 maſculus † eiectus ab effręni equo perijt die 6. Iunij 1530. cū nondum
7 compleuiſſet annum decimum octauum, natus enim erat † die 22. Decembris 1512., Benuenutus quo ad ætatem, & Poſſeuinus quo ad mor-
8 tem locis citatis, & reliquit ſuperſtitem ſucceſſorem † in Marchionatu Ioannem Georgium patruum ætate grauem, & malè affectum valetudine, quo factum eſt, vt aliqualiter interturbata fuerit ſpes harum nuptiarum, licèt enim ipſe Ioannes Georgius patruus defuncti, & Margaritæ continuaret in eadem voluntate huius matrimonij, maximè Sabaudo nimium inhiante eius Statibus, & vniuerſo Marchionatui, Carolus Quintus Imperator ex varijs proprijs affectibus, & intereſſe, qui affectabat Monarchiam, & ius iſtud hæreditarium ſuis reliquit, ſuſpendebat,
9 & retardabat † negotium, cupiebat namq; Mediolani Ducatui adijcere
10 Marchionatum Montisferrati, † vt eſſet aduerſus Gallos, Venetos, &
11 Sabaudum, vt prætextabat, propugnaculum, quod certè fuiſſet † cum magna Imperij iactura ex euentu ſecuto, quia nulla amplius vnquam ſpes reuerſionis ad ipſum Imperium propter poſſeſſoris potentiam remanſiſſet, ſed cum ipſius Caroli quinti cogitationes euaderent valdè
12 dubiæ, & incertæ, ex quo ipſum Mediolani Ducatum conceſſit † Sfortiæ, nec eſſet multū guſtatus ab ipſo Sfortia, & aucta eius potentia maio-
13 rem contumaciam ſuſpicaretur, † tandem benè maturato negotio conſenſit nuptijs Margaritæ cum Federico, ſicq; ipſe Federicus ſub finem
14 Septembris 1531. ſe contulit † in Montemferratum, vbi celebrauit, & conſumauit matrimonium, vt hæc ferè omnia habentur apud Poſſeuinum iuniorē in ſua Gonzaga lib. 7. fol. 729. & idem Federicus die 6. Nouēbris eiuſdem anni 1531. cum ipſa Margarita coniuge magna po-
15 puli lętitia Mantuā redijt, † Poſſeuin. loco prædicto, & Frater Hippolytus Donesmundus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica Mātuæ lib. 7. fol. 154.

Et viuente adhuc dicto Io: Georgio, ipſoq; conſentiente, cuius ferè nulla aderat ſpes prolis, iidem Iugales die vltima Decembris 1532. in-
16 ueſtiti fuerunt † à Carolo V. in euentum, in quem dictus Io: Georgius
17 decederet ſine filijs de ipſo Marchionatu *in feudū † nobile, antiquum, & paternum pro ſe, & eorum deſcendentibus legitimis maſculis, & illis quandocunque deficientibus pro fœminis, ita quod fœminæ ſemel, vel plu-*


G ries

ries exclusa et admitti valeat, Posseuinus in sua Gōzaga lib. 7. fol. 719.

18 Ex ipsis Iugalibus nati sunt † Franciscus, Gulielmus, & Ludouicus;
19 Franciscus primogenitus decessit † sine prole, Gulielmus reliquit duas
20 feminas, ex quibus iā mortuis nulli sunt descendentes, † & Vincentiū, q̄ successit in ipso Marchionatu creato antea sub eius patre in Ducatū.
21 Vincētio vnico filio masculo Gulielmi superstites fuerūt † tres masculi, Frācīscus, Ferdinādus, & Vincētius, & duę feminę Margarita maioris ætatis nupta Henrico Duci Lotharingiæ, & Eleonora nūc Imperatrice.
22 Franciscus primogenitus Vincētij decessit † sine prole masculina relicta Principissa Maria filia, cui successit Ferdinādus frater, & Ferdinā-
23 do Vincētius † pariter frater, qui ambo decesserunt sine ꝓle legitima. Ex Ludouico tertiogenito Federici Ducis Mantuæ, & Margaritæ Pa-
24 leologæ defuncto † de anno 1595. dum duraret linea Gulielmi fratris,
25 superstes remansit † Dux Carolus eius filius, qui finita linea masculina
26 Gulielmi secundigeniti legitimo iure inuestiturarum successit † in Ducatibus Mantuæ, & Montisferrati, contra quem prædicta Ducissa Margarita vti primogenita ex feminis, finita linea masculina sui patris mo-
27 uet † controuersiam pro dicto Ducatu Montisferrati concesso etiam pro feminis semel, vel pluries exclusis.

Quæritur quid iuris.

28 Pro faciliori casus prædicti intelligentia subijcio † arborem.



EXcusanda venit Serenissima Ducissa Margarita, si tam iniustam promouit prætensionem Ducatus Montisferrati existẽtibus masculis descendentibus à primis inuestitis, pro quibus fuit prius purè stipulatus idem Ducatus, & postea conditionaliter masculis deficientibus pro fęminis, quia necesse est, quòd ipsa non moueatur ex se tanquam fęmina, & similium quæstionum expers, sed trahatur ad hoc ab alio primo mobili eam consulente, & impellente, sed sicuti primum mobile, vtcunque moueatur violenter contra communem cursum omnium aliarũ sphęrarum, seu orbium, & eas omnes sua violentia secũ retrotrahat, suo tamen conatu non potest impedire, quin tandem ad optatum finem earum cursus naturalis perueniant, nec facere potest, quin sphęra Solis non fuerit prima in operatione visibili, & Luna posterior. Nam quidquid disputent Theologi, præsertim Nicol. de Lira, & Abulẽsis super primo capite Genesis, & Magister sententiarum lib. 2. dist. 13. & ibi Sanctus Thomas, & cęteri scribentes super sententijs, Alexand. de Ales in sua summa par. 2. q. 46. & Sanctus Thomas pariter in summa par. 1.
29 à quæst. 67. vsque ad 74. An Deus opera sex dierum creauerit † simul vna vice, vel successiuè, vel creauerit simul, & postea distinxerit diuer-
30 sis diebus; in hoc tamen conueniunt, quòd † Sol, & Lux in operatione
31 visibili præcesserit Lunam, & noctẽ, nam primò fuit † lux, deinde nox, & secundum ipsos fuit prius lux in sua perfectione, nempè post meri-
32 diem, in facienda enim † die in primo capite Genesis inchoatur à ve-
33 spere † idest post mane, & coniungitur cum mane sequenti, & fit vna dies; Ità primum istud mobile sua violentia facere non poterit, quin Sol Iustitiæ Serenissimi Ducis Caroli non pręcedat in operatione successionis huius Ducatus lucem Lunæ Dñæ Ducissæ ab eo offuscatam, & donec ipse, & eius radij lucebunt, & vigebunt, ipsa nunquam pro dicta successione emerget, & adhuc euanescente hoc Sole, quem Deus vsque ad finem mundialis machinæ conseruet, Serenissima Principis-
34 sa Maria Luna iunior perimeret † Lunam veterem.

Quod verò præualeat ius successionis in Ducatu Montisferrati Ducis Caroli prætẽsioni ipsius Dñæ Ducissæ Margaritę clarissimè demonstratur, quia in materia feudali, vbi oritur aliqua controuersia semper
35 recurrendum † est ad tenorem inuestituræ, si ex eo illa decidi potest, cap. vnic. in fine, vbi Bald. in verbo *tenorem inuestituræ*, de duobus fratribus à Capitan. inuestit. Ias. cons. 17. nu. 1. vol. 3. Dec. cons. 468. nu. 9. Tiraquel. in l. si vnquam, 8. in verbo *libertis*, nu. 9. C. de reuocand. donat. Schrad. de feud. part. 5. cap. 2. nu. 28. & 30. Surd. cons. 127. nu. 36. & cons. 384. nu. 1. & consil. 403. nu. 32. Rosental. de feud. cap. 1. quęst. 12. dixi in præcedenti artic. num. 392.
36 Ille enim dat legem † contractui, Isern. in cap. vnic. nu. 12. de natur. successión. feud. Bald. in prælud. feudor. in quarta diuisione, num. 47. Surd. dicto consil. 127. sub num. 36.

Vnde, cum inuestitura concessa Federico, & Margaritæ primò inue-

37 ftitis, & renouata sub eadem forma, caueat † pro descendentibus legitimis masculis, & admittat tantùm fœminas conditionaliter deficienti-
38 bus masculis, Dña Ducissa nullam potest prætendere † successionem in hoc feudo, cum adsit ipse Dñus Dux Carolus, & eius filij, vt est textus formalis in cap. vnico, de eo, qui sibi vel hæredibus suis masculis, &
39 fęminis inuestituram accepit, vbi † filia, ad quam feudum stipulatum *pro se, & hęredibus suis masculis, vel his deficientibus pro fęminis*, deuenerat ob defectū masculorum, dederat illud in dotem marito, qui iugales decesserant duobus relictis masculis, quorum alter deinde obijt relictis duabus filiabus, alter verò superstite vnico masculo, decidit ibi textus totum feudum spectare ad ipsum masculum exclusis fœminis à portione patris, & ibi ita ad hoc notant textum illum Beluis. in figuratione casus, Isernia sub nu. 1. qui post glosam dicit hoc mirabile, & sub-
40 dit hoc dictare † tenorem verborum, Baldus, qui dicit non interesse, an
41 dictum fuerit per alternatiuam, † *vel his deficientibus*, vt in eo textu, vel per copulatiuam, *& his deficientibus*, vt in casu nostro, & idem obseruat ibi Aluarot. in princ. & in primo notabili, & in prima oppositio-
42 ne, vbi quòd hoc operantur † verba, & pactum adiectū in inuestitura, Martinus Laudens. nu. 1. Petr. de Rauen. in princ. versic. allegatur iste textus Præposit. Feder. Schenx. nu. 2. vbi q̃ hoc est ex vi pacti, Balzaran. num. 7. & 30. Gozadin. consil. 53. nu. 14. & ita in specie post prædictos, & alios multos ab eo citatos, docuit Rosental. de feud. cap. 7. quæst. 39. sub nu. 2. & in glos. b.

43 Quod procedit etiam si masculi essent † remotiores, sicuti loquitur textus prædictus in cap. vnic. de eo, qui sibi, vel hæredibus suis in remotioribus, & Doctores ibi superius adducti, & obseruat Rosental. de feud. cap. 7. quæst. 39. sub nu. 2. & in glos. b. & comprobat Schrad. de feud. par. 7. cap. 4. nu. 64. Sicuti igitur ipsa Dña Ducissa hac ratione fuit exclu-
44 sa à fratribus, ita quoq; remanet exclusa † à fratre patrueli eius patris, vt tradit in specie Deci. cons. 516. incipiente. Quoniam causa ista. sub nu. 17. ibi, *Et applicando ista ad casum propositum, apparet, quòd Domina Elisabeth actrix iuridicè exclusa fuit per Gulielmū tertium eius fratrem in successione Henrici eorum patris, qui Gulielmus solus successit in Principatu Hassia, & in omnibus Comitatibus, non alia ratione, nisi quia masculus per supradicta, & qua ratione fuit exclusa à Gulielmo fratre carnali, pari ratione nunc excludi debet per fratrem patruelem Gulielmum secundum.*

Verum, vbi etiam fœminæ non essent conditionaliter, & in subsidiū vocatæ, sed copulatiuè *pro se, & suis hæredibus, & successoribus masculis, & fœminis*, vt in aliquibus ex antiquioribus inuestituris adhuc Dña Ducissa non admitteretur existente Dño Duce Carolo etiam remotio-
45 re, quia talis concessio intelligitur † secundum naturam feudorum, vt ita demum fœminæ succedant, si non extent aliqui masculi ex primis inuestitis, vt probat idem textus in d. cap. vnic. de eo, qui sibi, vel hære-

46 dibus suis in illa ratione generali, *quod non patet locus fœminæ† in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus*, vbi explicitè hoc notat Martin. Laudens. nu. 1. versic. Quid si tenor inuestituræ, & ibi etiam Præpositus. Idem etiam probant textus in cap. 1. §. filia verò, de successiõn. feudi, & text. in cap. 1. §. similiter, de Capitan. qui curiam vendidit, iuncta communi interpretatione scribentium ad dictum textum, vbi inuestitus de feudo ita vt trãsiret ad fœminas, duas filias tantùm reliquit, quarum vna filium suscepit, & altera
47 filiam, quæsitum fuit† vtrum post earum mortem masculus solus totũ feudum haberet, Gerardus respondebat pro masculo, Obertus contra, nec deciditur, cuius sententia præualuerit, Nihilominus communiter
48 scribentes ibi approbant† Gerardi opinionem, nempè Iacob. de Beluis. Isern. Bald. Aluarot. Laudens. Præposit. Afflict. & Schenk. quos cum multis alijs ad hoc cumulat Hartman. Pistor. pat. 2. libri secundi, quæst. 35. sub num. 18.

Et quòd in concessione facta pro masculis, & fœminis, ipsæ fœminæ
49 numquam succedant, † quoties extant masculi descendentes à primo inuestito, tradit magistraliter Abb. in cap. dilecti, 4. sub nu. 12. de arbitris, & possem infinitos allegare, sed pro omnibus sufficiant Rosental. de feud. cap. 7. quæst. 40. sub nu. 5. & 6. glos. d. Schrad. in simili tractat. par. 1. quæst. 3. num. 11. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambiguis conuentionibus, lib. 23. tit. 33. num. 1. vbi numeris sequentibus multipliciter ampliat, & dicto lib. 23. tit. 34. num. 5.

50 Atq; omnem difficultatem tollunt† verba inuestituræ, quia includunt omnes descendentes masculos à Federico, & Margarita primò inuestitis ad exclusionem fœminarum, vnde, cum Dux Carolus sit de ipsis, ex verbis explicitis ipsius inuestituræ præfertur Dñæ Ducissæ Margaritæ.

Et ex prædictis cessat, quòd obijci posset de altetatione huius inuestituræ concessæ pro ipsis fęminis diuersimodè ab antiquis, quia, vt paulò supra dixi sub nu. 44. antiquæ nihil plus concedebant fęminis, prout etiam euentus demonstrauit, nam Margarita primò inuestita fuit prius
51 exclusa† à Bonifacio fratre, & iterum à Io: Georgio patruo, & numquã
52 successit, nisi eo mortuo sine prole, sicuti etiam Blanca † filia Gulielmi octaui, seù aliàs septimi defuncto patre sine prole masculina fuit exclusa à Bonifacio patruo, q; est ille, de quo primo loco in arbore præscripta.

Quamuis etiam cessantibus prędictis ipsa Dña Ducissa Margarita nõ posset contrauenire, nec impugnare dictam alterationem; Tùm quia fuit facta de voluntate ipsorum inuestitorum, imò ad eorum petitionẽ,
53 & de consensu domini, quo casu interueniente consensu † domini, & vasalli inuestitura potest mutari, Castr. consil. 242. paulò ante finem, vol. 2. Nat. consil. 505. num. 16. & 17. Roland. consil. 67. num. 6. vol. 2. Surd. consil. 384. nu. 28. Schrad. de feud. par. 5. cap. 2. sub num. 39.

Tùm etiam, quia ista alteratio, seù potius declaratio, fuit vtilis fęminis,

nis, cum concessio fuerit certificata ad earum fauorem, quæ aliàs ex di-
uersitate antiquarum inuestiturarum poterat pati aliqualem cõtrouer-
siam, maximè circa illam quęstionem, an fœmina semel, vel pluries ex-
54 clusa, semper remaneat † exclusa, de qua post alios dixi in mea contro-
55 uers. forensi 112. Vtilis autem alteratio licita est † respectu inuestitorũ,
Castr. cons. 191. sub nu. 3. vol. 2. Paris. cons. 6. num. 11. vol. 1. Schrad. de
feud. par. 5. cap. 2. sub nu. 41. versic. Nisi forsan, quoties enim negotium
56 vtiliter gestum est, tunc is, ad cuius commodum gestum est, tenetur † il-
lud ratum habere, l. si is, qui negotia, 50. in princip. ibi, *Nec refert*, vbi
glos. in verb. *ratum habuit*, Odofred. Iacob. Butrigar. Alberic. & Fulgos.
ff. mandat. l. Pomponius, 9. ibi, *& quemadmodum, quod vtiliter gestum
est, necesse est apud Iudicem pro rato haberi*, ff. de negot. gestis, glos. in l.
sed Iulianus, 9. §. quod dicitur, in verb. *solebat*, ff. ad Macedonianum,
dixi in controuers. forensi 3. nu. 77., nisi quis vtiliter gessisset negotium
57 prohibente domino, †(quod hic non contigit,) nam tunc dominus non
tenetur ratum habere, l. final. C. de negot. gestis, dixi in controuers. 33.
58 nu. 4. quod tamen vltimum non procederet, † quando quis impende-
ret etiam inuito, & prohibẽte aliquo in salutem eius vitæ, vel ne illi mu-
tilaretur membrum, ad cuius absciſſionem condemnatus fuisset, vt di-
scurrit Iallong. racemation. 50. nu. 3. cum seqq. lib. 1.

Tùm etiam non potest impugnare hãc alterationem, quia ex aliqui-
bus inuestituris antiquis conceptis *pro se, suis hæredibus, & successoribus
masculis, & fœminis*, vt illa Caroli Quarti cõcessa Pisis octau. Idus Maij
1355. feudum istud antiquitus habebat qualitatem hæreditariam, &
59 proinde potuit alterari † in præiudicium comprehensorum, Schrad. de
feud. par. 5. cap. 2. sub num. 42.

Nec prædictis obstat, quòd iste Ducatus prouenerit à fęmina in hãc
familiam, & ob id in eo tanquam feudo fœmineo fœmina ex masculo
60 descendente ab ipsa prima possit succedere, † vt videtur textus in cap.
vnico, de natur. succession. feud. ibi, *vel nisi sit fœmineum, tunc enim
succedit filia matri, & patri*, vbi scribentes interpretantur, & intelligunt
61 † verbum illud *patri*, de filio masculo descendente à fęmina primò in-
62 uestita, qui si relinquat filiam vnicam, ipsa succedit † dicto suo patri, vt
ita explicant glos. ibi in verbo *filia*, in secunda glosa super dicto verbo,
Isern. sub nu. 2. & 11. Aluarot. col. 1. versic. ibi patri, Afflict. in princip.
versic. *Item si feudum fuit deuolutum patri ex successione materna, nam
neptis succedit patri in feudo auia*.

Nam respondetur primò, negãdo hoc feudum esse fęmineum, licèt
per fœminam fuerit portatum in hanc familiam, quia, cum peruenerit
ad eam ob defectum masculorum, non autem ex prima acquisitione
facta ab ea, & habuerit altiorem originem, retinet primęuam naturã,
63 & reputatur † paternum, non autem fęmineum, nam fœmineum pro-
64 priè est illud, † quod ab initio fuit acquisitum à fęmina, vt præcisè ob-
seruarunt Bald. in cap. vnico, sub nu. 2. vers. sed statim oppono, & ibid.
Federic.

Federic.Schenk.pariter num.2.in fine,& nu.3. & Aluarot.licèt subobscurius in prima oppositione, vers.Nec refert quemquam, de eo, qui sibi,vel hæredibus suis,Rosental.de feud.cap.1.quæst.6.& cap.7.quæst. 35.num.1.

Feudum autem paternum, licèt quandoq; transiuerit ad fœminam, tamen,si illa postea defuncta, contingat extare masculos, & fœminas,
65 masculi semper præferuntur † exclusis fœminis,vt ex prædictis Doctoribus in d.cap.vnic.de eo, qui sibi,vel hæredib. suis, & alijs multis docet Rosental.de feud.cap.7.quæst.40.nu.10.glos.K. Peregr.consil.25. nu.11.nu.1.vol.1. & tetigi supra num.46.& 47.

Secundò dico,quòd etiam in feudo fœmineo,licèt fœmina in eo succedere possit, tamen dato concursu masculi etiam remotioris, semper
66 ille præfertur † exclusa fœmina, vt est text.& ibi scribentes in c.vnico, de benefic.fœminæ, aliàs inscribitur rubrica de feudo fęminæ, Abb. in d.cap.dilecti,4. sub nu.12. extrà de arbitris, Curt.iun.de feud.in primo membro tertiæ partis incipiente,Circa primam partem primi tractatus, sub nu.3. versic.Istam tamen secundam,fol.226. in parua impressione Coloniensi anni 1600. Clar.§.feudum,quæst.73.nu.5.versic.Preterea quæro, Bursat.cons.63. sub nu.9.circa finem, Rosental.de feud.cap.7.
67 quæst.35.nu.10.glos.f. Maximè,si primò vocentur masculi,† & eis deficientibus fœminæ, Hortens. Caualcan. in tractat. de Brachio Regio parte 6.num.271.fol.80.in magna impressione.

Ex quibus remanet satisfactū dicto textui in cap. vnic. de natur. suc-
68 cession.feud. Tùm quia procedit † tantùm in feudo fęmineo;tùm etiā,
69 quia non loquitur quando extabāt masculi,† nam tunc illi præferri de-
70 bent, & ille textus debet declarari,& limitari † ab alio textu in d.cap.1. de beneficio,seu feudo fœminæ,vt animaduertūt Aluarot.in dicto cap. vnic.de natur. succession.feud. sub nu.6. versic.quod intellige, & ibidē Afflict. sub num. 18. ibi, *seruata tamen sexus prærogatiua*, aliàs est sub
71 nu.8. in fine, Tùm deniq;, quia in omnem casum textus ille † probaret pro Serenissima Principissa Maria vnica filia Ducis Francisci, non autem pro Dña Ducissa eius amita.

Non etiam refragatur textus in cap.1. de duob. fratrib. à Capitaneo inuestitis, vbi in feudo concesso duobus fratribus pro se, & eorum hæredibus masculis, & his deficientibus pro fœminis, filia vnica vnius ex
72 illis excludit † patruum,vbi enim feudum peruenit ad vnam lineam,
73 numquam transit ad aliam,† nisi prima prius penitùs euacuata, cap.1. vbi notant Isern.nu.31.& 32. Bald.in figuratione casus, Afflict.in versiculo, seu §.Dummodo,num.1.& 2.de natur.success.feud. Natta consil.22.num.1.

Namq; respondetur dictum textum in cap. 1. de duobus fratribus à
74 Capitan.inuestitis,procedere † in feudo nouo acquisito à pluribus fra-
75 tribus, tunc enim, quia vnusquisque censetur prospexisse † suæ soboli, & respectu illius deficiunt masculi, in quorum defectum vocatæ erant

fœminæ,

76 fœminæ, propterea filia vnius ex acquisitoribus excludit † patruū, prout ita dictum textum declarant Isernia in cap.1. sub num.1. versic. secus, si esset frater primi acceptoris, De eo, qui sibi, & hæredib. suis, Fulgos. cōsil.229. col. final. Castr. conf.316. sub nu.3. vol.2. Corne. conf.24. n.10. & 26. vol.2. Bero. consil.108. nu.1.2. & 4. vol.1. Cephal. conf.345. nu.7. vol.3. Menoch. consil.825. num.47. vol.9. Gabr. conf.70. vol.2. Honded. conf.54. num.18. vol.1. Vultcius de feud. lib.1. cap.9. sub num.49. versic. Atq; hæc ita, fol.405. Schoncr. de feud. lib.1. disputat.7. thesi 17. Rosental. cap.7. quæst.39. glosa e.

Etiam si feudum esset acquisitum cum pacto, quòd fratres, vel alij
77 agnati succederent, † nam fœminę descendentes ex acquisitore præferuntur masculis transuersalibus, ea ratione, quòd censerentur prius propriæ soboli prospexisse, Rosental. cap.7. d. quæst.39. sub num.5.

Ad textum autem in cap.1. & ibi notata de natur. success. feud. quòd feudum non transeat ad aliam lineam, nisi prius euacuata ea, ad quam peruenit.

78 Respondetur satis dici euacuatam † primam lineam, vbi non extant
79 descendentes capaces, Capax autē non est fœmina † in feudo antiquo concesso etiam pro fęminis in defectum tamen masculorum, donec extant aliqui masculi à primo inuestito descendentes, vt est textus præcisus in dicto cap.1. de eo, qui sibi, vel hæredib. suis.

Et proinde textus in d. cap. vnic. de natur. success. feud. cum misterio
80 loquitur † in sexu masculino, ibi, *si ille qui feudum habet decesserit nullo relicto filio,* includens tantùm masculum ad exclusionem aliarum linearum in feudo paterno, vel antiquo, non autem fœminas, cum probè scirent compilatores in simili feudo fœminas non excludere masculos aliarum linearum per d. text. in cap.1. de eo, qui sibi, vel hæredib. suis.

Deniq; non mouet, quòd in primogenijs filia primogeniti excludat
81 † patruum nedum in feudis, sed etiam in Comitatu, Marchionatu, Ducatu, & Regno, maximè si pater ipsius fęminæ successit in primogenitura (quidquid controuertant Doctores, quando ipse primogenitus relicta filia prædecessit suo patri superstite masculo secundogenito) prout voluerunt Isern. in cap.1. sub nu.2. versic. numquid hoc capitulum locum habeat, de eo, qui sibi, vel hæredib. suis, Neapodan. in consuetud. Regni de successio. ab intestato incipiente *Si moriatur,* in verbo *ex masculis,* num.118. versic. Item quæro vtrum filia primogeniti, fol.109. Curt. iun. in tract. de feud. in prima parte tertiæ partis principalis, in decimaquinta limitatione, vers. Decimoquintò pro declaratione regulæ, nu.17. fol.238. in parua impressione Coloniensi anni 1600. qui ad hoc citat Baldum consil.143. vol.1. quod est consil.275. vol.2. sub nu.6. versic. si ergò feudum non potest esse, & versic. & propterea est aduertendum, Præposit. in cap. vnico, sub num.10. col.10. versic. Quintodecimò hoc probatur euidenter, &c. de feudo Marchiæ, fol.34. col.2. dicti folij, Tiraquel. de iure primogen. quæst.40. sub nu.3. Marin. Freccia de subfeud.

feudis lib. 2. in tit. de differentijs feudorum quaternatorum, sub nu. 3. in vigesima differentia, versic. & illud hodie dicimus de fœmina, folio 242. in antiqua impressione, & in noua fol. 423. Io: Thom. de Marin. de genere, & qualitate feudorum, tit. 11. de feud. fœmineo, seu materno, sub nu. 47. versic. vigesimoprimo quæro, fol. 110. in magna impressione, Io: Thomas Minadous in constitutione Regni *In aliquibus*, sectione incipiente Tertiò noto, nu. 118. in fine, ibi, *& non est dubium, quòd neptis ex filio excludit patruum, fortius & amitam*, fol. 121. Schrader. de feud. par. 7. cap. 4. nu. 78. Cacheran. decis. 23. nu. 35. Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 36. nu. 194. Melchior. Palaez. de maioratu par. 2. quæst. 6. nu. 59. & sub nu. 62. & 71. in noua impressione, & est plena quæstio Thesauri iunioris 12. lib. 2. vbi sub nu. 13. versic. *& consequenter*, multos ex prædictis, & alios ad hanc rem cumulat, & ante nu. 15. versic. & ideo, & dicto nu. 15.

Postquàm enim primogenitura intrauit vnam lineam, aliæ dicun-
81 tur exclusæ, & semper remanent exclusæ, † donec aliquis superest ex priori, & primogeniti non considerantur amplius respectu primi inuestiti, sed respectu vltimi possessoris defuncti, vt discurrunt Præpositus loco superius citato, nu. 81. Thesaurus filius lib. 1. quæst. 34. nu. 21. in fine, & nu. 29. & lib. 2. quæst. 12. nu. 12. & 18. & quæst. 20. nu. 1. & sub nu. 2. versic. & licet plerunque, Cacheran. d. decis. 23. sub nu. 33. versic. sextò pro sorore, Molina do primogen. Hispan. lib. 3. cap. 6. in princip.

His etenim respondetur firmandam esse conclusionem contrariam
83 in feudalibus, quòd neptis non excludat † patruum, vel alios masculos in feudo paterno, auitò, vel antiquo descendentes à primo inuestito, etiam in primogenijs, per regulam inconcussam in materia feudali, de qua in dicto cap. 1. de eo, qui sibi, vel hæredibus suis, quòd nunquam patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus, vt latè etiã deduxi supra num. 45. & seqq. & in proposito tradit Thesaurus filius d. quæst. 12. sub nu. 4. & 5. lib. 2. licèt in casu suo ex alijs resoluat contrarium.

84 Et in specie, quòd in feudalibus neptis excludatur † à patruo, & alijs masculis in feudo antiquo, vel paterno, voluerunt Isernia in locomet in contrarium citato, nempè in dicto cap. vnico, sub nu. 1. vers. Per istã rationẽ patruus excluderet neptem, de eo qui sibi, vel hæredibus suis,
85 corrigendo † verbo nepotem, & reponendo neptem, provt dictat lectura ipsa, & aduertit ibi Liparul. in additionibus; Idem explicitè tradi-
86 dit † in loco in oppositum adducto Neapod. in d. consuet. *Si moriatur*, de success. ab intest. in verb. *ex masculis*, nu. 119. fol. 109. vbi, cum dixisset ex constitutione Regni neptem excludere patruum, subdit: *De iure autem feudorum decima collatione, quæstio prædicta similiter nõ est dubia, nam illo iure etiam fœmina, & descendentes eius sunt omninò repulsi*, Io: Faber in §. cæterum, sub nu. 5. In stit. de legitima agnatorũ successione, Alex. cons. 29. vol. 1. Afflict. in cap. 1. §. omnes filij, sub nu. 33.

H in

in vna impressione,& in alia sub nu.13. Si de feudo fuerit contentio,
& in cap.1.nu.10.aliàs est nu.20. vbi inserit longum consilium Petri
de Monteforte,in titulo de natura succession.feud. Paris.cons.72. sub
nu.33.vol.4.Roland.cons.58.nu.28.& sub nu.73.vol.3.Melchior Pa-
laez.de maioratu par.2.quæst.6.sub nu.8.19.sub num.23.24.& 32.&
sub nu.72.in noua impressione,Michael.ab Auguir.in cõsilio pro Re-
gno Portugalliæ par.2.sub nu.115. vbi reddit rationem,quia qualitas,
87 quæ † erat in patre istius filiæ ad excludendum fratrem, & patruum,
respectiuè,non inest in ipsa nepte,Rosental.de feud. cap.7. quæst.41.
nu.18. cum seqq.

88 Filia enim repræsentat patrem vti fœmina,† non vti masculus, pro-
vt latè comprobat Michael.ab Auguire in dicto consilio pro Regno
Portugalliæ par.2.sub nu. 126.

Non obstant adducti in contrarium,quia Regnicolæ dicunt id pro-
89 cedere † ex particulari constitutione Regni,vt præcisè declarant Iser-
nia,& Neapodanus in locis adductis in oppositum,nu.81. & obseruãt
Loffred.cons.14.nu.10.Capic.in inuestitura feudali in tit.*feudorum clausula*,sub versic.*& masculis,& eis deficientibus*,fol.96.col.2.Petrus
Gregor.de concess.feud.par.4.quæst.4.nu.8.& 9. Thesaurus filius di-
cta quæst.12.sub nu.15. versic.& quamuis Loffredus, lib.2. Rosental.
de feud.cap.7.quæst.41.sub nu.18.& 21.

90 Alij loquuntur † in primogenijs bonorum non feudalium,vel secun-
dum leges Hispanas,vt videre est apud Palaez.de maioratu, iungendo
loca contraria cum locis pro hac parte adductis,& aduertit Rosental.de
feud.cap.7.d.q.41.nu.20.in fine,& differentiã hanc agnoscit Thesau-
rus filius d.lib.2.quæst.12.ante nu.10.vers.Prima conclusio,& nu.48.

91 Alij,vt Baldus,Curtius,& Schraderus procedunt, † quando est vo-
catus filius primogenitus,vel filia primogenita, & contemplatus magis
fuit gradus,& ætas,quàm sexus, vt perpendit Bald.in d.cons.275.sub
nu.6.versic.Et propterea est aduertendum,vol.2.

Secundò respondeo,(& hæc responsio tollit omnem difficultatem)
92 quòd obiectum non procedit,† quando fœminæ nõ fuerunt compre-
hensæ simpliciter,sed cõditionaliter, nempè *deficientibus masculis*, vt
in proposito casu, nam tunc,donec aliquis superest masculus ex primis
inuestitis etiam remotior,ipse præfertur, & sic quoque patruus nepti.
Virtute enim illius clausulæ indeffinitæ *deficientibus masculis*,non di-
93 citur purificata conditio,† licèt desit masculus ex vltimo possessore,vt
declarat Bald.in d.cons.275.sub nu.6. versic.& hic est aduertendum,
vol.2.& melius in Auth.cessante,sub nu.5.C.de legitim.hæred. qui vi-
deatur,Capic.in inuestitura feudali in tit.*feudorum clausula*, versic.*& masculis,& eis deficientibus*,fol.96.col.2. Petr.Gregor.de concessione
feudi part.4.quæst.4.sub nu.23.versic.Et primò non obstat textus.

Fœminæ enim limitatè,vel sub certa causa,vel qualitate vocatæ,ex-
94 tra dictam causam,† vel qualitatem limitatam non succedunt,Schrad.
de

de feud.part.7.cap.4.sub nu.44.versic.secundò hæc limitatio.

Et pro hac responsione est textus in d.cap.1.de eo,qui sibi, vel hæredibus suis,vbi feudum stipulatum pro se, & hæredibus suis mascu-
95 lis,vel his deficientibus pro fœminis,non deuoluit † ad aliquas fœminas,donec extant aliqui masculi etiam remotiores, & in proposito dictum textum ita explicat Bald. in dicta Authent.Cessante, sub nu.5. C.de legitim. hæredib.

96 Siue autem ille textus procedat ex vi pacti,† vt volunt multi adducti supra n.40.& seqq. & Bald.in d. Authent.Cessante, & Petr.Greg. de cōcess.feud.par.4.d.quęst.4.sub nu.23.versic.*Et primò non obstat*,
97 siue generaliter procedat etiam circumscripto dicto pacto,† vt pleriq; affirmarunt,sicuti obseruaui supra nu.45.cum seqq. semper habemus intentum.

Ex quibus conuincitur dictam quæstionem Thesauri 12.lib.2.fun-
98 datã esse † super conclusionibus minus receptis,& penitùs repugnantibus regulis notis feudorum,quam etiam ipsemet auctor tàm in prin
99 cipio quæstionis 11.quàm eiusdem quæstionis 12.lib.2.agnoscit,† & profitetur pati maximam difficultatem,& dicit se non publicare eam, vt ex illa suam ditescant mineruam Iurisconsulti.

Sed & ex pluribus,quæ ipse admittit,facillimè quoq; euitatur,nam
100 si masculi sint vocati priuatiuè ad fœminas,consentit † patruum excludere neptem,sub nu.19.vers.Primò,quia illa est primogenita.

101 Secundò idem fatetur si secundogenitus sit vocatus † sub conditione primogeniti deficientis sine masculis,non autem si sub conditione eiusdem decedentis sine masculis,& fœminis,vt ibidem sub num.22. versic.& sanè si verum est.

102 Tertiò,si primogenitura sit erecta † in conseruationem familię, vt per eundem Thesaurum sub nu.7.versic.Quartò in casu nostro.

103 Denique,si appareat de expressa mente † cōtraria, idem ibi nu.54.

Quæ omnia verificantur in proposito casu, nam concessio est pro filijs masculis,& illis deficiētibus pro fœminis, & sic masculi sunt vocati priuatiuè ad fœminas,quia illæ non includuntur, nisi postquàm non extabunt aliqui masculi descendentes à primis inuestitis.

Et sic resultat etiam posteriores masculos comprehensos esse sub conditione præcessorum decedentium sine masculis, non autem sine masculis,& fœminis,quia,vt dixi nu.92., ipsæ fœminæ admittuntur tantùm cōditionaliter in defectum masculorum, & ita hoc casu Baldus d.conf.275.vol.2.super cuius doctrina Thesaurus fundat dictam
104 suam quæstionem per totam,maximè sub nu.56.limitat,† & declarat se ipsum, vt animaduerti supra in hoc vltimo obiecto,nu.92.

Sicuti quoque negari nequit, feuda ista Regalia, nedum quia sunt sui natura indiuidua,sed etiam propter splēdorem agnationis, & eius conseruationem continuari in masculos primogenitos.

Dubitari postremò nequit, quin satis constare dicatur de volūtate

inuestientis,& stipulatorum, quòd noluerint succedere fœminas, do. nec extet aliquis masculus, cùm vocauerint masculos simpliciter, & dispositiuè, fœminas autem non nisi cõditionaliter deficientibus masculis, quæ stipulatio nõ potest sine magna violentia restringi ad defectum masculorum eiusdem gradus tantùm, cum indefinitè fuerint prælati descendentes masculi ipsorum Federici, & Margaritæ, & sic cuiuscunq; gradus, dummodo ab eis descenderent ipsis fœminis.

Demum animaduerto istud argumentum, quòd vnica filia vasalli defuncti excludat masculos transuersales,& patruum in primogenijs,
105 de quo nu.81. non facere ad propositum † pro Dña Ducissa Margarita, quia talis non fuit, nam ex Duce Vincentio eius patre remanse-
106 runt tres masculi, sed concluderet † pro Principissa Maria, quæ fuit vnica filia sui patris, contra ipsam D.Ducissam; Quæstio autem eiusdem Principissæ Mariæ cum masculis non venit in controuersiam, neq; nunc est opus tangere istas chordas pro eis concordandis, tanquàm dissidentes, cùm optimè concordent, & simul adeo vnisonæ sint, vt reddant suauem harmoniam.

107 Vltimò, pro Dña Ducissa Margarita videtur præcisè facta † decisio Cacherani 23. per totam, vbi nedùm in possessorio, super quo vertebatur quæstio, decidit per mortem fratris sine descẽdentibus sororem
108 mittendam esse † in possessionem feudi concessi pro masculis, & illis omnibus deficientibus pro filia, seu fœmina primogenita, non obstante, quòd extaret eius patruus comprehensus in inuestituris eiusdẽ feudi, & qui feudum prædictum possidebat.

109 Sed etiam in petitorio † idem concludere videtur per multas rationes ibi adductas, merita causæ tantùm, & ipsum petitorium cõcernen-
110 tes, Idq; firmat etiam si feudum esset antiquum, † vt ibidem paulò ante nu.27. versic. Secundò posito citra veritatis præiudicium.

Verùm decisio prædicta nequaquam obstat intentioni Serenissimi Ducis Caroli, nec in possessorio, nec in petitorio.

Illa enim regula capituli 1.§.inter filiam, si de feudo defuncti fuerit contentio, quòd vertente controuersia inter filiam vasalli defuncti, vel aliam fœminam proximiorem, & succedentem ex testamẽto, vel etiam ab intestato, & agnatũ, de qua per Hartman. Pistor. d.lib.2. part.2. quæst.39. nu.8. & 34. & per totam, ipsa fœmina mitti debeat
111 in possessionem, † licèt ipse agnatus possideret, non procedit, quãdo
112 masculus incontinenti paratus est † manifestò docere de iure suo, vel de eo iam constat, Isern. in d.cap.1.§.inter filiam, sub nu.1. versic. & hoc semper, nisi agnati statim probarent, & ibi etiam Præposit. si de feud. fuerit controuersia, Cacher. decis.26. nu.3. Menoch. de adipisc. possess. remed.4. nu.381. Gozad. cons.50. sub nu.26. Roland. consil.2. nu.32. & 38. vol.3. Intrigliol. de feud. centur.2. art.2. nu.336. Hartman. Pistor. lib.2. part.2. quæst.39. nu.35. Garzon. in tract. de fœminis ad feud. recipiendis, vel non, limit.16. vers. prædicta vera, nisi de-

re feudali,& verf.fed & hoc ipfum vltimum, fol.91.& 93. in parua impreffione, Rofental.de feud.cap.7.quæft.52.num.1. qui dicit hoc omnium confenfu,& nemine penitùs diffentiente approbatum effe, Marta de fucceff.legali par.4.q.16.art.2.nu.47.& 48.tom.2.fol.216.

Cùm igitur plenè,& manifeftò conftet de bono iure Ducis Caroli ex claris verbis ipfius inueftituræ,& ipfe fit in poffeffione fine vitio,
113 in poffefforio non meretur † audiri ipfa D. Ducifla ex prædictis, & ex eodem Rofentalo dicto cap.7.quæft.51.nu.3.vbi quando agnatus poffidet fine vitio.

Quo verò ad petitorium pariter non obftat dicta Cacherani deci-
114 fio 23.quia illa procedit vel in feudo nouo,† quando plures ab initio fuerunt inueftiti pro fe,& defcendentibus, vel hæredibus mafculis,& ipfis mafculis deficientibus pro fœminis; aut quando vnus tantū fuit
115 inueftitus † in prædicta forma, & cum pacto, quòd agnati etiam collaterales in ipfo feudo fuccedere poffint, nam tunc fœminæ defcen-
116 dentes ab vno ex inueftitis excludunt † patruum,vel alios collaterales mafculos,quia quilibet cenfetur prius profpexiffe fuæ foboli tàm fœmininæ,quàm mafculinæ,per text. in cap.1. de duobus fratribus à Capitaneo inueftitis, vt dixi fupra numero 75. & ipfam Cacherani decifionem procedere in duobus fratribus inueftitis de feudo nouo,
117 fatis clarè patet † ex ea,Tùm in primo,& tertio fundamento pro fœmina nu.20.cum fequentib.& nu.30. Tùm ex refponfione ad tertiū fundamentum partis cōtrariæ,in quo nu.5. mouerat obiectum,quòd in feudo antiquo, vel paterno mafculus remotior excludat fœminam proximiorem defuncto,per text.in cap.1.de eo,qui fibi,vel hæredib[9] fuis. & fub nu.41. refpondendo dicto argumēto in verf. Primò, quòd feudum Canellarum attentis nouis qualitatibus,&c. negat ipfum effe paternum, & in multis refponfionibus ad dictum fundamentū, vfq; ad nu.46.numquam admittit effe paternum.

Et ipfam decifionem procedere in feudo nouo intelligunt, & taci-
118 tè † declarant Rofent.de feud.cap.7.quæft.39.fub nu.5. & Io:Schoner. lib.1.difput.feud.7. thefi 20.lit.a. dum in feudo nouo plutibus conceffo concludunt fœminas ab vno defcendentes excludere alios coinueftitos,vel defcendentes mafculos ab eis,citantes ad hoc dictam decifionem Cacherani 23. nempè Rofental. d.quæft.39.fub glof.e. per totam ipfam decifionem,& Schoner. eandem nu.32.

Vel procedit eadem decifio Cacherani 23.quando in feudo pater-
119 no taliter erant concepta verba inueftituræ,quòd fœminæ † defcendentes ab vno excludebant alios mafculos tranfuerfales,vt ipfe fe declarat nu.27.29.& fub nu.54.verfic.Ideo folidius iudicio meo,&c. & in argumento eiufdem decifionis ita concepto, *An filia in feudi conceffione patruo præferatur,quæ in articulo tenor inueftituræ potiffimum*
120 *attendendus eft*,& ità etiam intelligit † Intrigliol.de feudis centur.2. artic.2.num.431.

Vel

Vel denique procedit dicta decisio Cacherani 23. quando agnati,
121 de quorum præiudicio agitur, consensissent fœminam † admitti in inuestitura ad eorum præiudicium (quæ declaratio continetur etiam sub præcedenti) Garzon. de fœminis ad feuda recipiendis, vel non, limit. 34. fol. 98. in parua impressione.

Aliàs in terminis feudi antiqui, vel paterni cessantibus prædictis
122 circunstantijs, in quo nos versamur, nō potest sustineri ipsa † decisio, quia loqueretur contra textum expressum in d. cap. 1. de eo, qui sibi, vel hæredibus suis, quem ipsamet in oppositum adducit nu. 5. nec directò resoluit, sed tantùm declinat in casibus, in quibus declaraui eam procedere, & aliàs refragaretur communi nostrorum sententiæ, quos adduxi nu. 40. 45. & 49. & ita dictam decisionem non posse subsiste-
123 re † in feudo paterno, vel antiquo, obseruat Garzon. in d. tract. de fœminis ad feuda recipiendis, limit. 45. in fine, fol. 106.

ARTICVLVS TERTIVS.

AN Serenissimus Dux Carolus potuerit non petita licentia à Sacra Cæsarea Maiestate auctoritate propria apprehendere possessionem Ducatuum Mantuæ, & Montisferrati, & quasi possessionem iurisdictionalium.

AN mortuo Vincentio secundo Duce Mantuæ, & Montisferrati, Serenissimus Dux Carolus eius proximior agnatus, vti comprehensus in antiquis Inuestituris, & cui de iure debetur successio in istis Ducatibus, potuerit auctoritate propria, & sine alia licentia Maiestatis Cæsareæ, cuius sunt feudales, capere eorum possessionem à nemine occupatam, nisi ab eius filio, qui eam tenebat nomine patris, de licentia, imò mandato Ducis præcessoris.

1 Conclusiuè respondeo id facere potuisse † dictum Sereniss. Ducem etiam ante renouatam inuestiturã, & in dicta possessione manutenendum esse tanquàm verum possessorem contra quoscunque, vt in specie argumento textus in cap. 1. §. sciendum, in fine, de feud. cognitione,
2 vbi habetur, quòd feudum acquiritur † non solùm inuestitura, sed etiã successione, satis clarè voluit Hernia in cap. 1. sub nu. 6. versic. Non est dicendum, quòd hæres, &c. de feud. cognitio. vbi inquit, quòd non est dicendũ, quòd hæres, & successor ante inuestituræ renouationem non possideat, nam aliter non habet renouationem, & confirmationem, ni-
3 si possideat; & clariùs hoc determinat † Rosental. de feud. cap. 7. q. 56.

nu.6.& 7.vbi formiter inquit; *Et sunt hæc declaranda,vt talis agnatus feudi capax possessionem vacantem sine alia traditione,aut noua inuestitura auctoritate propria ingredi,& apprehẽdere possit,ita vt in ista tanq̃ verus possessor contra omnes homines defendendus sit,sicuti possessor cum*
4 *titulo.* & ibidem in glos.g.subdit; *& hoc vsu quotidiano obseruatur,† vt sæpissimè implicitè etiam in Camera Imperij iudicando obseruatum est.*
5 Idem respondit † Vuesembec.cons.1.nu.53.& melius cons.41. in secunda quæstione,per totam,maximè nu.26.vol.1.in hæc verba: *Illud extra controuersiam est,neq; dubium habet,quin successores feudales naturali apprehensione feudi constituantur veri possessores etiam ante inuestituram.* Idem docuerunt Io:Cludius inter consilia feudalia Bruni cons.vltimo sub nu.4.vol.1. Hieronym.Medic.& Nicol.Aliprand.inter consilia Status Montisferrati cons.1.nu.34. vbi,*quòd comprehensus*
6 *in antiquis inuestituris videtur † habere facultatem apprehẽdendi feudum auctoritate propria, nec eo casu requiritur, quòd capiat à domino,* allegant Aluarot.in cap.1.sub nu.2.vers.In textu ibi *possessio*, in titulo quid sit inuestitura,vbi inquit,quòd per inuestiturã feudi antiqui nul-
7 la traditur † possessio,quia vigore præcedentium vasallus est in possessione,quod voluit,& repetijt etiam idem Aluar.in cap.vnico, §.sciendum,sub nu.6.de feud.cognit.ibi,*Dic quòd dicta inuestitura,quæ fit de*
8 *veteri feudo,vel paterno, in quo succeditur,est potius confirmatio † rei iam acquisitæ,vt infra,per quos fiat inuestitura, cap.1. in princip. quod patet,quia per illam inuestituram nulla traditur possessio succedenti, cũ iam teneat,& possideat,*quod quoq; scripsit idem Aluar.in cap.1.§.si de facta,col.1.in fine,ibi,*Possessionẽ feudi,scilicet noui, quia in veteri nul-*
9 *la traditur † possessio, cùm iam vasallus illam habeat, sed potius dicitur confirmatio,*Si de feud.fuer.controuers. Idem,quòd successor in feudo
10 antiquo propria auctoritate possit † capere possessionem, voluit Ioan. Andr.Georg.allegat.12.nu.15.vbi habet hæc formalia verba: *Iustitia autem apparet,quoniam mortuo feudatario,agnatus proximior potest capere possessionem feudi vacantis.* & sub dicto nu.15.ibi,*licet feudatario capere possessionem feudi vacantis,& continuare possessionem defuncti.* & ante eos idem scripsit Afflict.in d.cap.vnico,§.sciendum,sub nu.12. in vna impressione,in alia verò sub nu.39.ibi: *Debet ergo esse solicitus*
11 *filius † post mortem patris,vt capiat possessionem corporalem feudi, antequàm dominus,*de feudi cognit. Et idem in effectu sensit Bald.in cap. Imperialem,§.Insuper,sub nu.3.de prohibit.feud.alienat. per Federic.
12 dicens,quòd petitio renouationis inuestituræ sapit† possessorium confirmandæ possessionis,& sic supponit illam iam esse acquisitam,& potuisse apprehendi,refert,& sequitur Io:Franc.de Pont.cons.62.sub nu. 8.& 11.vol.1. vbi sub nu.1.inquit, quòd ex renouatione inuestituræ
13 *Dominium non acquiritur,† nec possessio,cum illud rectà via per mortẽ defuncti transmissum fuerit in suum hæredem in feudo legitimum, per cuius mortem consecutus,& adeptus fuit possessionem hæres, dùm postea*

petitur

petitur inuestitura, illa non est de nouo feudo acquirendo, sed de veteri iure confirmando. & sub nu.6.inquit, *Habet igitur vasallus succedens,*
14 *& hereditatem adiens dominium,† & possessionem, nec in ea turbatur, vnde non potest esse nec iudicium petitorium, nec possessorium respectu domini.* & nu.10.& 11.subdit hæc verba: *Hinc Præposit.in capit.1.per*
15 *quos fiat inuestitura,col.1.tradit, quòd inuestitura antiqua non †tribuit ius nouum in re,nec præstat possessionem,neq; dominiũ,ob quod dicit esse propriam inuestituram. ibi idem tradunt Aluarot. Afflict. & omnes, & melius Aluarot.in d.cap.1.quid sit inuestitura. & propterea Baldus,qui omnia sciuit,eleganter dixit in l.1.ff.de rer.diuis. quòd inuestitura vete-*
16 *ris feudi sit † non ad finem acquirendi nec dominium, nec possessionem,*
17 *nec aliud ius nouum,sed in signum † cuiusdam census,deuotionis,& recognitionis,quòd debet præstari domino.* Hactenus Io.Franc.de Ponte.

Inuestitura enim realis, hoc est,quæ habuit executionem facti, &
18 traditionem in antecessoribus primò inuestitis, dicitur † propriè possessio,cap.1.in princ.quid sit inuestitura,vbi notat Afflict.nu.1. Baldus in l.1.sub nu.4.vers.Et inuestitura in feudo,ff.de rerum diuisione, Rosental.de feud.cap.6.quæst.29. nu.4.

19 Secundò,cùm,vt superius dixi nu.2., feudum nõ minus † successione,quàm inuestitura acquiratur,d.cap.1.§.sciendum,in fine, & ibi notat Isern.nu.5.Aluarot.nu.3.Afflict.nu.31.& 35.in vna impressione, in alia verò nu.9.& sub nu.10. & Bald.in summario de feud.cognit.& est etiam text.in cap.1.in princip.de success.fratr. seu de gradib. succedent.in feudo, Amad.de Pont.in tit.qui feud.dar.poss. nu.1. Io:Franc. de Pont.cons.62.nu.4.vol.1. vasallus comprehensus in antiquis inuestituris,postquàm feudum ad ipsum est delatum per successionem, di-
20 citur † vasallus etiam ante renouatam inuestituram,cap.1.§.præterea si quis infeudatus,de prohib.feud.alienat.per Feder.,Schrader.de feud.
21 par.10.sect.5.nu.163.& ex successione acquirit,† & consequitur vtile dominium feudi etiam ante apprehensam possessionem, & præstitum iuramẽtum fidelitatis, dicto §.præterea si quis infeudatus, Isern.in cap, Imperialem,sub nu.60.vers.quia dominium vtile,de prohib.feud.alienat.per Feder. & melius in cap.1.sub nu.6.vers.item est dominus ante inuestituram,de feud.cognitione,Bald.in l.1.sub nu.4. ff.de rer.diuis. Afflict.in cap.1.in princ.nu.38.aliàs est sub nu.16.quo tempor.miles, Schrader.cons.21.nu.35.& in tract.de feud.par.7.cap.7.nu.30.Siluan. de feud.recognit. quæst.41. nu.2. Rosental.qui loquitur de Comitatu cap.6.quæst.58.nu.4.Cald.de renouat.emphit.lib.1.quæst.10.sub nu. 14. Andr.Kninch.de uestiturar.pactiion. par.3. cap.3. num.26. Tiraquel.in tract.*le mort saisit le vif*,par.1.declar.4.sub nu.3.

22 Imò etiam transfertur † possessio, Bald. in l.cùm antiquioribus,19. sub nu.18.vers.decimo,C.de iur.delib. Iason.qui exclamat de dicta doctrina in l.quoties,15.sub nu.31.vers.nota etiam, C.de rei vindic. Cumia in constitutione Regni *Si aliquem*,in §.antiquis, nu.101. fol.333.

Felic.

Felic.allegat.63.nu.18.par.2. Io:Franc.de Ponte cons.62.sub nu.1.7. & 11.vol.1. Vvesembec.cons.1. nu.38.

23 Quod intelligo de possessione iuris,† hoc est de facultate apprehendendi possessionem facti,non obstante,quòd adhùc nulla sit obtenta

24 Inuestitura,inxtà distinctionem † possessionis facti,& iuris, quã sentit Bald.in l.cũ miles,30.in prima lectura,sub n.2. ff.ex quib.caus.maior. & in cap.Imperialem,§.Insuper,sub nu.3.de prohibit.feud.alienat.per Feder. & in rubr.ff.de rei vindic.in prima lectura,vers.In eadem ibi &

25 eo, vbi inquit, quòd licèt possessio non transeat in hæredem,† transit tamen qualitas possidendi,idest titulus defuncti,ex quo titulo datur ius illam acquirendi,sequitur Afflict.in cap.1.§ sciendum,nu.43. aliàs est nu.14.de feud.cognit., & hanc distinctionem possessionis facti, & iuris sentit etiam Rosental.cap.7.quæst.17.sub nu.3.quia aliàs verior,& communior est opinio,quòd possessio facti etiam feudi sine apprehen-

26 sione non transeat † in successorem nedùm transuersalem, sed nec ẽt filium,& descendẽtem,Bald.cons.244.vol.3. Tiraquel.in tract. *le mort saisit le vif*,in 1 par.declarat.4. Caldas de renouat.emphit lib.1.q.10. sub nu.14. Schrader.de feud.par.7.cap.7.nu.21. Vvesembec.cons.41. nu.34.vol.1. Rosental.de feudis cap.7. quæst.17.

Et secundum hanc declarationem possessionis iuris, & facti cessat dictio Rouitij cons.6.nu.6. & quorundam aliorum,dùm distinguunt,

27 quòd † possessio transeat in descendentes,sed nõ in collaterales, nam hæc possessio iuris,seù facultas apprehendendi possessionem facti transit in quoscunq; successores de comprehensis,siue descendentes, siue transuersales,Io:Andr.Georg.allegat.12.sub nu.15.

Et si dicatur,quòd nihil speciale in feudo resultabit, cum aliàs quili-

28 bet successor habeat hanc facultatem, Respondeo,quòd specialitas† resultat respectu domini directi,quia nõ obstante eius dominio, & quòd adhùc non sit renouata inuestitura,transit hæc facultas apprehendendi ad eius præiudicium possessionem bonorum feudalium.

Cùm enim renouatio veterum inuestiturarũ nihil de nouo tribuat,

29 sed tantùm † antiquum ius competens ex antecedentibus inuestituris confirmet,& dicatur confirmatio,non autem noua inuestitura, Isernia in cap.1.nu.1.de capitulis Conradi,& in cap.1.sub nu.6.de feud.cognitione,Bald.in d.l.1.sub nu.3.& 4.ff.de ter.diuis. Aluarot.in locis superius citatis sub nu.6.& 7. Afflict.in cap.1.nu.39. aliàs est sub num.17. quo tempore miles,Paris de Put.ad Iserniam in d.tit.quo temp. miles, vers.Inuestitura in possessione,fol.355.col.2.Siluan.de recognit.feud. quæst.53.nu.6. Rube.Vtinẽs.cons.25. nu.122.vol.1. Paser.cons.113. nu.3.Schrader.cons.14 nu.315.& in tract.de feudis pat.5.cap.2.n.32. Freccia de subfeudis in tertia auctoritate,§.Tertia auctoritas, sub n.12. fol.315.in noua impressione,& in antiqua fol.184. Rosent. de feudis

30 cap.6.quæst 29.nu.3. vbi nu.6. explicat quos effectus † patiat hæc renouatio,sicuti & eosdem recenset Siluan. de feud.recognit. quæst.12.

I Hinc

Hinc fit, quòd dominium, & omne aliud ius, quòd habet successor in feudo, dicatur in esse deductum ante renouationem inuestituræ, nec egeat illius adminiculo, nisi pro cõfirmatione, & quadã recognitione.

Cùm igitur ipse successor habeat dominium ante præstitam fideli-
31 tatem, dicitur † etiam habere facultatem apprehendendi possessionẽ vacantem, & multò magis captam eius nomine de voluntate defuncti
32 sine alicuius contradictione, continuandi, quia dominus habet † talem
33 auctoritatem, Paris. cons. 1. nu. 172. vol. 1. & quia possessio debet † stare apud dominum, l. 2. §. finali, ibi, *ambulat enim cum dominio bonorum possessio*, ff. de bonorum. possess. secund. tabul. Alberic. in l. incerti, 3. sub nu. 3. C. de interdict., Menoch. de retin. possess. remed. 3. sub nu. 810. vers. Sextus est casus, Papon. cons. 9. nu. 9. & 16. Valenzol. cons. 97. nu. 219., & quilibet successor, vel hæres, qualis in istis Ducatibus fuit institutus, & declaratus successor à defuncto ipse Serenis. Dux Carolus,
34 habet † dictam facultatem apprehendendi possessionem vacantem iure, & auctoritate propria. l. cum hæres, 23. in princip. ff. de acquir. possess., Tiraquel. in tract. *le mort saisit le vif*, part. 1. declarat. 8. nu. 1. Gratian. discept. forens. 542. nu. 1. Vvesembec. cons. 41. nu. 24. vol. 1. Hieron. Medic. cons. 9. nu. 9. & 11. inter consilia Status Montisferrati, etiã
35 si fuisset institutus in re particulari, † quando hæres vniuersalis non resistit, Bart. in l. ex facto, 35. nu. 2. ff. de hæredib. instit. Ias. in l. quoties, 13. sub nu. 8. C. d. tit. de hæred. instit., Borgnin. de vsufruct. sub nu. 11. vers. & latè &c. Surd. cons. 265. nu. 1. vol. 2. Tiraquel. in d. tract. part. 2. declar. 4. nu. 11., quamuis non possit dici quid particulare, sed vniuer-
36 sale; & possessio, quæ erat apud defunctum, debet peruenire † ad successorem, Paris. in causa Status Montisferrati cõs. 22. sub nu. 66. vol. 1. & quòd is, qui succedit ei, cui erat acquisita possessio, eam possit capere propria auctoritate, tradit etiam Crot. cons. 91. nu. 10.

37 Tertiò, inuestituræ præcedentes dant † titulum dominij translatiuũ, Paris. cons. 23. nu. 213. vol. 1. Pacian. cons. 20. nu. 53. Vulteius cons. 30. nu. 35. vol. 2. diuersor. Achad. Marpurg. Rosental. cap. 6. quæst. 5. n. 5. & cap. 8. quæst. 33. nu. 8. dixi in mea controu. for. 3. sub nu. 48., qui aũt
38 habet titulum, potest † auctoritate propria ingredi possessionem vacantem, Bart. in l. cum solus, 29. nu. 4. in fine, ff. de vsucap., Menoch. de adipisc. possess. rem. 4. nu. 183. Surd. cons. 160. nu. 4., qui enim dat titu-
39 lum, censetur † etiam dare dictam facultatem, l. hæc si res, 48. vbi gl. 2. ff. de rei vindic., Bart. loco proximè citato, Medic. & Aliprand. Senatores Mantuani in cons. 1. nu. 47. inter consilia Status Montisferrati.

40 Quartò, inuestitura realis est potentior, † & plus operatur, quàm inuestitura abusiua, cap. 1. in princ. vbi Iacob. de Beluis. Isernia sub nu. 1. Aluar. pariter nu. 1. Afflict. nu. 1. & 2. & alij, quid sit inuestitura, Bald. in l. 1. sub nu. 3. & 4. ff. de rer. diuision., nam abusiua, quæ fit per baculi, annuli, vel alterius signi corporalis traditionem in absentia rei non
41 transfert † possessionem, nec operatur veram traditionem, realis verò

est

est mediante vera traditione, & possessione, vt per doctores proximè citatos, quam inuestituram realem habuerunt Duces antecessores, &
42 transiuit in successorem; sed qui habet inuestituram abusiuam † potest auctoritate propria ingredi possessionē sine alia licentia domini, quando non est ab aliquo occupata, & nemo resistit, Aluarot. in cap. 1. in princ. sub nu. 1. quid sit inuestit. Idem in cap. vnico, sub nu. 1. qui success. teneant. fol. 49. Paris. in causa Status Mōtisferrati cons. 22. nu. 59. vol. 1. Medic. & Aliprand. in d. cons. 1. nu. 39. & 41. inter consilia Status Mōtisferrati, Vulte. de feud. lib. 1. cap. 10. sub nu. 11. vers. Quamuis autem per abusiuam, fol. 575. Borcholt. de feud. cap. 7. nu. 10. fol. 280. Marescot. variar. resolut. lib. 1. cap. 39. num. 6. & 7., ergo multò magis hoc facere potuerit successor, qui habet realem inuestituram.

Quintò, ipse Dux Carolus non dicitur accepisse auctoritate propria hanc possessionem, sed habuisse à præcessore, qui eam viuens tradidit filio nomine sui patris futuri successoris, qui potuit id facere, quia, qui
43 successurus est, potest † institui in feudo, & valet testamentum, Iason. cons. 236. nu. 25. vol. 2. & cons. 107. nu. 7. vol. 4. Roland. cons. 41. n. 16. vol. 2. Paris. cons. 2. nu. 4. vol. 1. Surd. cons. 63. nu. 16. & melius consilio 108. nu. 7. & cons. 308. nu. 35. Schrader. de feud. part. 7. cap. 2. nu. 18. &
44 talis institutus debet † mitti in possessionem, Rosental. cap. 7. quæst. 8. nu. 4. & dicam nu. 52. ideo potuit etiam idem testator dare ipsam possessionem, quam ex eius testamento, & inuestituris habere poterat suc-
45 cessor, & ita consueuerunt † facere prudentes Principes, vt in vita faciant iurare fidelitatem successori, & tradant possessionem conditionatam, si contingat mors, & hoc ad euitandas controuersias, Molina de primogen. lib. 3. cap. 6. sub nu. 19. Thesaur. filius lib. 1. quæst. forens. 35. nu. 43. *il primo*, in fine; qui autem habuit possessionem à defuncto di-
46 citur † possidere sine vitio, Roland. cons. 78. nu. 16. vol. 3. Dec. consil. 424. sub nu. 15. Marescot. variar. resolut. lib. 1. cap. 1. nu. 25., & genera-
47 liter sine vitio possidet, † qui ex dispositione defuncti siue tacita, siue expressa habuit licentiā apprehendendi possessionem auctoritate propria, Cacheran. cons. 67. sub num. 26. vers. & etiam sine vitio, & dicitur
48 possidere † eodem iure, quo possidebat defunctus, cap. is qui, 46. de regul. in sexto, l. qui in ius, 138. aliàs 137. ff. de regul. iur. Rube. Vtinens.
49 cons. 8. nu. 107. vol. 1. & ei competit † omne ius, quòd præcessori com-
50 petebat. idem Rube. cons. 43. nu. 88. dicto vol. 1. quàmuis posset † dici singularis successor. l. dolia. 76. §. 1. ff. de cōtrahen. empt. l. inuitus, 199. alias 198. §. plerunque, ff. de reg. iur. Surd. cons. 22. nu. 17., verius enim
51 est succedentem in Ducatu dici † successorem vniuersalem, Bald. cons. 202. sub nu. 2. vers. Amplius est subtilius, vol. 2. Brun. cons. feudal. 104. Rouit. cons. 81. nu. 10. & cons. 82. nu. 7. Sacca cons. 8. nu. 2. vol. 1. Francisc. Hieron. Leo decis. 24.

Sextò, vasallo successori dantur remedia possessoria tàm contra do-
52 minum, quàm extraneum, † siue retinendæ, vel recuperandæ posses-

sionis,vbi eam semel habuit,siue adipiscendæ,Bald. in cap. Imperialē §.insuper,sub n.3.de prohibit.feud.alien.per Feder., Marta voto 168. Schrader.de feud.par.7.cap.7.sub nu.21.& 22.Rosental.cap.12.q.12. nu.31.cum sequentib. Vulteius de feud.lib.2.cap.1. num.15. fol.806. Bercolt.in simili tract.cap.9.nu.17.fol.601. Surd.consf.571.nu.5. Menoch.de retin.possess.remed.3.nu.81., & quando successor fuit insti-
53 tutus † in re feudali, Argel.de acquir.possess.quæst.4.art.7.nu.187.fol. 278., & de instituto in Baronia dato alio hærede vniuersali, Francisc. Hieron.Leo decis.24.per totam, Rosent.cap.7. quæst.8. nu.2. vbi inquit, quòd institutio in re feudali hoc operatur,vt institutus debeat
54 mitti † in possessionem,vbi ampliat,etiam si institutus fuisset incapax,
55 nam talis institutio facit,† vt debeat mitti in possessionem, nō obstante contradictione agnatorum,vel domini, Argel.dicta quæst.4.artic.7. sub nu.187.fol.278., & quando opponeretur incapacitas,dicam etiam in sexto articulo nu.17. & 18.

Et si possessio aliquo modo deuenisset ad dominum, teneretur illam
56 tradere,† & relaxare vasallo successori, Paris.consf.23.num.81. vol.1. Rosental.cap.6.quæst.7.nu.3.& quæst.29. nu.5. Vulte.de feud. lib.1. cap.10.sub nu.11.vers.Dictum est dominum teneri,fol.574.,& eam
57 defendere,† si sit penes alium,Paris.dicto consf.23.nu.82.vol.1., & in ea vindicanda à tertio vasallus præfertur domino, Vulte.de feud.lib.2. cap.1.nu.14. fol.806.

Si igitur vasallus successor posset consequi possessionem, si eam nō
58 haberet,igitur debet † licere etiam ei illam vacantem apprehendere auctoritate propria,& cùm sit in illam immittendus etiam contra do-
59 minū, multò magis in ea existens tuendus est,† vt vtrunq; probat, ita arguendo Rosental.de feud.cap.12.quæst.12.nu.83.

60 Septimò,si successor non tenetur renouare inuestituram,nisi † prius habeat possessionem,Isernia in cap.1.sub nu.6.vers.Non est dicēdum, quòd hæres, de feud.cognit. Ias.consf.159.nu.12.& 13.vol.2. Curtius iun.in tract.de feud.par.4.principal.nu.53. fol.358. in parua impressione Coloniensi anni 1600. Clar.§.feudum,quæst.49.nu.8. Rosent. c.6.q.49.& cap.7.quæst.56.sub nu.7.Intrigliol.de feud.cent.2. art.93. nu.52.Thoming.consf.5.nu.116.& consf.11.nu.78.vol.1., igitur,vt illam possit renouare,sicuti tenetur,debet habere facultatem, & ei concessa censeri debet capiendi ipsam possessionem ad sui libitum.

Et adeò verum est ipsum successorem posse apprehendere dictam
61 possessionem,vt si hoc negligat,ei imputetur,† & possit priuari, si ob id,quòd non possideat,non suscipiat debitam inuestituram, Rolandus consf.18.nu.20.vol.1.Siluan.de feud.recognit.quæst.76.nu.15.& 16. Rosental.dicto cap.6.quæst.49.sub nu.1. Andr.Kol.de seruitijs feuda-
62 libus par.1.tit.1.nu.133., pro possessore enim habetur,† qui sua culpa non possidet,l.si culpa,63. ff.de rei vindicat.

63 Octauò,si vasallus tenetur † seruire domino etiam ante renouatam

inue-

inuestituram, Schrad. de feud. par. 6. cap. 6. nu. 8. Rosental. cap. 8. q. 7. nu. 13., pariter debet ei licere consequi possessionem, quia aliàs, si eam
64 non haberet, non teneretur † ad aliqua seruitia, Schrader. d. par. 6. c. 6. nu. 32. & videtur absurdum, quòd ista possessio debeat manere vacãs, & populi sine gubernio, & negotia imperfecta mortuo præcessore, vel per annum, & diem, intra quem successor habet renouare inuestiturã, vel donec aduenitet consensus domini cum periculo, quòd alter interim eam vsurparet, & semper vidimus ita obseruari, quòd successores
65 statim accipiant possessionem, † & cum administratione, & nota sunt exempla Gulielmi, quando successit Francisco fratri, & quando Ferdinandus successit Francisco pariter fratri, & Vincentius ipsi Ferdinando similiter fratri in istis Ducatibus, & Io: Georgij patrui, quando successit Bonifacio nepoti, ne petamus exempla externa.

Nonò, ex inuestitura Caroli Quarti Imperatoris, quæ fuit confirmata in omnibus alijs sequentibus, & præsertim in creatione Marchionatus Montisferrati in Ducatum, cuius verba referam in sequenti artic. nu. 33. & explicitè in inuestitura concessa per Carolum V. Francisco Duci secundo Mantuæ die 28. Iunij 1543. quæ cum pacto prædicto fuit confirmata ab Imperatore Matthia Duci Ferdinando sub die 21. Octobris 1613., competit expressa facultas accipiendi possessionem authoritate propria, de qua clausula meminerunt Gozadin. cons. 7. sub nu. 19. & in consilijs Montisferrati Hieron. Lucens. & Nic. Aliprand. cons. 1. nu. 35. & Paris. cons. 22. nu. 54. vol. 1.

Cùm igitur, vt hactenùs probatum fuit, potuerit Serenis. Dux Carolus auctoritate propria capere hanc possessionem, & eam licitè nemi-
66 ne contradicente apprehenderit, multò magis potest eam † retinere; nec illam cedere cogitur, aut ex aduerso potest prætendi aliquod spolium, Honded. cons. 21. nu. 24. vol. 2. Cabal. cons. 85. nu. 6. 7. & 8. vol. 1. Rosental. cap. 12. quæst. 12. nu. 83.

Non obstat, quòd illa possessio, quam potest apprehendere vasallus,
67 non præiudicet domino, † nec tribuat aliquod ius successori contra eũ, donec fuerit per eum inuestitus, sed tantùm cõtra alios, vt per Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. *mortuo itaq., il secondo*, nu. 70. extra de testam. par. 2. fol. 116. quem sequuntur Tiraquel. in tract. *le mort saisit le vif*, par. 1. declar. 4. nu. 7. Vvesembec. d. cons. 41. sub num. 27. vol. 1. Nam omisso, quòd dominus directi ex iure suo nihil adhuc prætendit, provt respondit etiam in casu suo Vvesembec. ibidem, omis-
68 so etiam, quòd dictam distinctionem reprobat, † & meritò Rosental. de feud. cap. 7. quæst. 56. nu. 7. quia nullibi cautum reperitur, quòd successor non possit consequi possessionem ante renouatam inuestiturã, imò (vt superius deduxi) opus est, vt eam habeat, aliàs non teneretur facere feudi renouationem, Præterea resultaret, quòd ista noua inuestitura daret ius, & tamen supra demonstratum est nu. 6. 7. 8. & 29. ex ea nullum conferri, sed tantùm antiquum confirmari, & deniq; di-

stinctio

ſtinctio prædicta denegat remedia poſſeſſoria contra dominum antefactam renouationem, quod eſt contra omnium ſententiam . . .

69 Hoc inquam omiſſo, dico, quòd ipſi loquuntur, † quando nõ eſt apprehenſa corporalis poſſeſſio, an ſucceſſor in feudo intelligatur ſaiſitus, hoc eſt eam ſine apprehenſione poſſit continuare, & vbi non adſit
70 ſtatutum, vel conſuetudo eam continuans, negant † illam in vaſallo continuari, quod nec nos diffitemur, quando non fuit apprehenſa; vbi
71 verò extat tale ſtatutum, vel conſuetudo, variant † inter ſe ſcribentes.,
72 alij enim putant poſſeſſionem adhuc non continuari, † vt recitat Tiraquel. in tract. *le mort ſaiſit le vif*, par.4. declarat.5. nu.28., ipſe verò
73 ibi reſoluit contrarium, quòd ſimile ſtatutum, vel conſuetudo † afficiat etiam feudum, niſi illud excipiatur, & contrarium in eo diſponeretur, nos verò agimus de poſſeſſione vera apprehenſa, quam dicimus capi potuiſſe ante renouatam inueſtituram.

Præterea reſpondeo, quòd Gulielmus de Benedictis loco citato in
74 obiecto, loquitur † de ſucceſſore, qui non erat de comprehenſis in antiquis Inueſtituris, & qui fortè ex gratia, vel tanquàm proximior merebatur inueſtiri, iſte enim verè ante ſuſceptam inueſtituram non haberet ius aliquod contra dominum; Et quòd Gulielmus loquatur de tali ſucceſſore, de quo modò dixi, inde patet, quia dicit per mortẽ præceſſoris quaſi conſolidari vtile cũ directo, & dominum lucrari fructus ante renouatam inueſtituram, quorum vtrunque falſum eſt reſpectu vaſalli comprehenſi in antiquis inueſtituris, & deniq; arguitur ipſum loqui de tali ſucceſſore, dùm dicit, quòd vaſallus, qui ſucceſſurus eſſet ab inteſtato præceſſori defuncto, poſſet habere hanc poſſeſſionem, ſecùs ille, qui fuiſſet inſtitutus, vel cui fuiſſet legatum feudum, quod arguit ipſum intelligere de eo, qui aliàs nõ fuiſſet ſucceſſurus, per ea quæ dixi ſupra nu.43. valere inſtitutionem de ſucceſſuro in feudo, in quibus terminis non verſatur caſus noſter, ſed in vaſallo comprehenſo in præcedentibus inueſtituris, & qui etiam potuiſſet ſuccedere ab inteſtato præceſſori vltimò defuncto.

Non obſtat, quòd licèt in ſucceſſione feudi non ſit neceſſaria noua inueſtitura, nec poſſeſſio, ſed tantũ antiquarum renouatio; tamen hoc
75 nõ habet locum in feudis dignitatum, † putà Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, quæ ab Imperatoribus, vel Regibus conferuntur, nam in illis nõ datur ſucceſſio antequàm obtineatur noua inueſtitura, quia tales dignitates potius electione, quàm ſucceſſione dicuntur obuenire, cap.1. de feudis Marchiæ, per quem text. ita tradunt ibi Aluarot. in ſecundo notabili, & Laudenſ. nu.2. Zazi. de feud. par.8. nu.64. Bald. conſil.275. nu.3. vol.2. Mozzi. in tract. de feud. in tit: de diuiſion. feudorũ nu.44. & 45. fol.28. & 29. Mantic. de tacit. & ambigu. conuent. lib.23. tit.27. ſub nu.26. Maſtril. de Magiſtrat. lib.4. cap.10. nu.21. to.2. fo.26.

Quia primò reſpondetur contrarium de generali conſuetudine, quę
76 tranſiuit in vim legis, vſurpatum eſſe, † vt in hiſce dignitatibus detur ſucceſſio,

successio, non autem electio, vt est textus in cap. vnico, §. finali, vbi Aluarot. de alienatione feudi, & ita respondent, & declarant omnes citati in motiuo in locis ibi adductis sup. nu. 75. Ruin. cons. 99. nu. 13. vol. 1.

Secundò respondetur obiectum nõ procedere, quando oppida fuerunt concessa cum titulo dignitatis, seu dignitas fuit concessa pro se,
77 hæredibus, vel descendentibus, † vt in casu isto, in quo concessio Ducatus Mantuæ est etiam pro successoribus, tunc enim transit ad successores mortuo præcessore non expectata noua concessione, Molina de primogen. lib. 1. cap. 11. nu. 41. Mastril. de Magistrat. tom. 2. lib. 4. cap. 10. nu. 22. & 23. fol. 26. Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. 13. nu. 4. folio 290. & omnium melius Martin. Laudens. in d. cap. 1. sub num. 3. de feud. Marchiæ, vbi distinguit post Isern. ibi sub nu. 2. an Ducatus fuerit
78 datus quò ad exercitium, † & non transeat ad hæredes, aut quò ad pro-
79 prietatem, † vt in nostris inuestituris, & transeat per successionem, sed de hoc latius dicendum erit in sequenti articulo.

Non obstat, quòd à quibusdam obijcitur Ducem Ludouicum patrẽ præsentis Ducis Caroli fuisse in bello contra Carolum Quintum, quia de hoc opportuniori loco dicam in septimo articulo, & tangam etiam in sexto articulo, an Sacra Maiestas teneatur de præsenti inuestire ipsũ Ducem Carolum non obstantibus assertis prætensionibus.

ARTICVLVS QVARTVS.

AN Serenissimus Dux Carolus ante renouatam Inuestituram Ducatuum Mantuæ, & Montisferrati potuerit, & possit vocare se Ducem, administrare, & exercere iurisdictionalia, & vti insignibus Ducis, & debuerit, & debeat ab alijs tractari pro Duce Mantuæ, & Montisferrati.

QVARTVS succedit articulus, an Serenissimus Dux Carolus potuerit, & possit vocare se Ducem Mantuæ, & Montisferrati, & exercere iurisdictionalia, administrare, & vti insignibus horum Ducatuum, & debuerit, & debeat haberi, & tractari pro Duce ipsorum Ducatuum ante renouationem inuestituræ, & intra tempus illam renouandi.

Articulus iste affirmatiuè resoluendus venit prædicta eidem Dño Duci, & licuisse, & licere, & ab alijs pro Duce Mantuæ, & Montisferrati tractari debere, quia & si possessorium harum, & similium dignitatum,

1 tum, nempè Ducatus, Marchionatus, & Comitatus habeat † admixtam
causam proprietatis, & dominij, Bald. cons. 161. in fine, vol. 3. latè Pa-
pon. cons. 5. in secundo dubio, ante nu. 40. & d. nu. 40. & 41. & sine ti-
2 tulo nihil operetur, † Cassador. de restitut. spoliat. decis. 1. nu. 9. & 10.
Vulte. cons. 30. nu. 239. vol. 2. diuers. Achadem. Marpurgens.
3 Et ideo sit necessarium docere † de titulo, & iure proprietatis, l. 2. §.
quædam, vbi glos. in verb. *priuato*, & in verb. *liberis*, ff. de interdict., Pa-
cian. de probat. lib. 2. cap. 35. nu. 63. vbi inquit, quòd, si sunt dignitates,
4 quæ competant per electionem, † debet probari canonica electio; si
5 verò competunt per successionē, † debet probari descendentia, & pro-
ximitas; & vbi sunt feudales (vt sunt istæ Mantuæ, & Montisferrati)
6 debet doceri † de titulo, & priuilegio, vel inuestitura, vt per eūdem Pa-
cian. ibid. nu. 64. & latè Papon. dicto cons. 5. nu. 42.
Nihilominus admissa obiecti veritate, de qua tamen longa disputa-
tione controuertit Afflict. in constitutione Regni, *Violentias*, sub nu.
37. vers. Hinc sumpta occasione, vsq; ad nu. 57. sub titulo de violentijs
circa possessiones, rubr. 24. lib. 1. fol. 113. Dico, quòd non est necessa-
7 ria † plena probatio proprietatis, sed tantùm coloratio tituli, Bellamera
decis. 49. Guid. Papa quæst. 71. Cachetan. decis. 55. nu. 6. cum alijs mul-
tis apud Papon. d. cons. 5. nu. 53. & sequentib. qui etsi loquantur in be-
neficialibus, tamen, vt ibidem admonet idem Papon. nu. 52. in materia
8 ista idem procedit, † & eodem iure terminatur, quò in proposito resol-
9 uuntur beneficialia, & in terminis iurisdictionis, quòd sufficiat † colo-
ratio tituli, latè prosequitur ipse Paponius sæpedicto cons. 5. num. 53.
cum pluribus sequentibus.
10 Et in omnem casum sufficit † producere diplomata priuilegiorum,
vel inuestiturarum ad obtinendum etiam in petitorio, cap. 1. §. rei aūt,
de inuestit. de re alien. fact. Thoming. cons. 10. nu. 70. vol. 1. Pacian. de
probat. lib. 2. cap. 35. num. 11. & 64., nam si quis postea vellet ea impu-
11 gnare, vel arguere de aliquo defectu, teneretur † probare, vt per eun-
dem Pacianum ibidem num. 12.
Cùm igitur ex arbore genealogiæ publicata ab assertis prætensori-
bus admittatur Ducem Carolum esse de descendentibus stipitis Ducis
12 Federici, qui fuit † primogenitus Marchionis Francisci, & prompta
sint priuilegia erectionum horum Statuum in Ducatus ab Imperatori-
bus, & in promptu etiam sint inuestituræ concessæ respectu Ducatus
13 Mantuæ † *pro filijs, & hæredibus masculis, & successoribus*, cum ordine
primogenituræ pro omnibus primogenitis masculis, ita quòd nepos ex-
cludat patruos, & eodem ordine pro secundo, & tertiogenitis finita li-
14 nea primi, & respectu Ducatus Montisferrati † *pro descendentibus le-
gitimis masculis, & illis quandocunque deficientibus pro fœminis, ita
quòd fœmina semel, vel pluries exclusa etiam admitti valeant*, iam cō-
stat successores in istis dominijs futuros esse Duces, & habituros etiam
iura Imperij, quia statim, quòd quis fit Dux perpetuus, vel Status erigi-
tur

15 tur in Ducatum cum transmissione ad successores, dicitur† habere iura Imperij, & plenitudinem potestatis, Bald. in prohemio Digest. n. 25. Iacobin. in sua inuestitura feudali in verb. *Carolus Dux*, §. dubitatur et, vers. Contrarium determinabitis, fol. 1. col. 4. Curt. iun. cons. 61. nu. 9. & cons. 100. sub nu. 3. Roland. cons. 4. nu. 42. vol. 3. Surd. decis. 1. nu. 3.
16 Io: Ant. Bellon. cons. 5. nu. 58., & potest † omnia in suos subditos, quæ potest Imperator, vel Rex in proprios, & in toto Orbe, vt per prædictos & per Purpur. in rubr. de iurisd. omn. iudic. nu. 18. & 19. Crot. cõs. 164. nu. 12. Grammat. cons. ciu. 95. nu. 15. Eugen. cons. 24. nu. 11. vol. 2. late Pacian. cons. 149. nu. 11. cum seqq. Intrigliol. de feud. centur. 1. quæstion. 66. nu. 2. Andr. Kninch. in tract. de territor. origin. cap. 1. n. 413. fol. 19. & in sua Encyclopedia cap. 1. nu. 201. & 202. cũ seqq. fol. 103. & de eminentia, & iuribus Principum Imperij, cap. 1. nu. 64. fol. 182.,
17 quæ etiam iura Imperij, & plenitudo potestatis fuerunt † explicitè cõcessa in priuilegijs harum dignitatum, & ea vtuntur hi Principes, vt testantur multi relati à Lupo de illegitim. commentar. 3. §. 3. num. 21. Rodolfin. in tract. de suprema Principis potestate, cap. 2. sub nu. 6. versic. & de Duce Mantuæ, idem in tract. de origine, & potestate Ducum Italiæ, nu. 80. sub nu. 114. 115. & 116.
18 Et hoc certum est, quòd is, qui inuestitus est de Ducatu, dicitur † & est Dux, cap. 1. in princ. vbi Isernia nu. 1. quis dicatur Dux, Mozzi. de feud. in tit. de his, qui feud. dar. poss. nu. 16. Vulte. de feud. lib. 1. cap. 4. sub nu. 14. fol. 58. Io: Fran. de Ponte cons. 7. nu. 16. vers. Hæc ex alio,
19 vol. 2. Inuestitus autem dicitur, † qui est comprehensus in antiquis inuestituris, vt deduxi in præcedenti articulo, nu. 29. vbi probaui renouationem non dici propriè Inuestituram, nec tribuere aliquod ius, sed tantùm confirmare antiquum.
20 Atq; Ducatus isti, & titulus Ducis transeunt † in omnes successores descendentes, tùm quia hoc expressè dicitur in ipsis concessionibus, tũ etiam, quia hi Ducatus fuerunt dati respectu proprietatis, non autem officij, vel administrationis tantùm; tùm denique, quia sunt dignitates reales, & concessæ ipsis Statibus, non autem personales, quibus singulis casibus semper transeunt in omnes successores de comprehensis, pro-
21 vt, quando sunt concessæ † pro se, filijs, hæredibus, & successoribus, tradunt Crauet. cons. 404. nu. 5. volum. 3. Molina de primogen. lib. 1. cap. 11. sub nu. 21. & ante nu. 24. versic. Si verò ea dignitas, Mastril. de Magistratib. lib. 4. cap. 10. nu. 37. tom. 2. fol. 27.
Et quando concessæ sunt respectu proprietatis, non autem admini-
22 strationis tantùm, quòd transeant † in successores, docuerunt Isernia in cap. vnico, sub nu. 2. versic. Possent etiam reduci ad consonantiam, & ibidem Martin. Laudens. sub nu. 3. vers. Aduertendum quoque est, & vers. Aliquando & secundò, de feud. Marchiæ. idem Isern. in cap. 1. sub nu. 2. quis dicatur Dux, Iacobin. de S. Georg. in tract. de feud. in verbo *Carolus Dux*, §. quid si Rex, sub nu. 3. vers. Aduertite tamen, fol. 21.

 col. 3.

74 col.3. Rosental.de feud.cap.7.quæst.15.sub littera O, verf.Iacobinus de Sancto Georgio,Io:Franc.de Ponte cons.1.nu.70. vol.1. Molina de primogen.lib.1.cap.11.nu.19.

23 Et denique,quando istæ dignitates conceduntur † rei erigēdo Prouinciam,Oppidum,vel Castrum in Regnum,vel Ducatum, & postea inuestiendo alium cum dicto titulo, sicuti præcise factum fuit in istis Ducatibus, tunc dignitas dicitur realis,& cohæret rei,& in quemcunq; transeant ipsa feuda,concomitantur dictæ dignitates,& successor dicitur Dux,Marchio,vel Rex,quia bona ipsa portant secum talem dignitatem. Ita obseruat Freccia de subfeudis lib.2.in tit. quis dicatur Comes, sect.1.dicti tit.incip. *Doctores scribunt*, sub nu.53.versil.Secundo modo Rex erigit,fol.115. in vltima impressione,aliàs est sub num.47.
24 fol.81.in antiqua,vbi notat etiam alios modos,† & concessiones, quibus hæ dignitates dicuntur reales, non autem simpliciter personales, Idem docuit Io:Franc.de Ponte cons.1.nu.58.69.& 70.vol.1.& consil.7.sub nu.11.& nu.16.in fine,& sub nu.17.& 18.circa finem, & nu. 23.vol.2.Intrighol.de feud.centur.1.quæst.8. nu.94. Rouiti.cons.14.
25 sub nu.8. Priuilegium enim concessum,& titulus datus loco, † cēsetur etiam datus succedentibus in eo,Pont.d.cons.7.nu.23.vol.2., & non
26 est dubium posse † Imperatorem,etiam quòd aliàs huiusmodi dignitates non transirent ad successores, facere,& ita concedere vt transeant, Aluarot.in cap.vnico,col.penult.versic.Posset etiam Imperator,& ibi Afflict.in secundo notabili nu.7.aliàs est sub nu.6.de feud. Marchiæ,
27 & tunc dignitas † morte præcessoris nō extinguitur, glos.in cap.Quoniam Abbas,14.in verb.*substitutum*,de offic.Iudic.delegat., Martinus Laudens.in tract.de dignitatib.quæst.37.tom.16. tractatuum diuersorum vltimæ impressionis,fol.1.Medic.in tract.*mors omnia soluit*,par.2. conclus.35.sub nu.97.vers.Quòd intellige de dignitate,& par.3.n.73. Schrad.cons.21.nu.142.vers.Tùm quia dignitas,Rouit.cons.39.nu.2.
28 & dignitas semper durat,† & dicitur eadem,Vulte.cons.33.nu.74.volum.1.diuersor.Achadem.Marpurg., Menoch.cons.905.nu.15.

Et adeo verum est has dignitates reales transire in successores,vt hi,
29 qui successuri sunt,viuente adhùc præcessore dicantur † Reges, Duces,vel (vt vsus est in Italia) Principes,Isernia in cap.1.sub nu.2. & ibi Martin.Laud.nu.15.& Afflict.nu.6. aliàs sub nu.3. in tit.quis dicatur Dux,Idem Afflict.in cap.Imperialem,sectione incipiente *Decimosextò quæro*,nu.18.aliàs est sub nu.5.de prohib.feud.alienat.per Feder.,Lancell.Corad.in templo omn.iudic.lib.1.cap.2.§.1.de origine Regū,q.1. nu.5.fol. 98. Peregr.cons.1.nu.17.vol.2. Ias.cons.192.nu.10. vol.2.

Et licèt ipsi loquantur in filio successuro,tamen apud nos vsus inua-
30 luit,† vt si Dux viuens nō haberet filios,successurus dicatur Princeps, vt in Vincentio vltimo Duce Mantuæ fratre Ferdinandi , qui semper fuit nominatus,& tractatus pro Principe futuro successore, vbi frater non habuisset filios capaces.

Quòd

Quòd autem priuilegia erectionis horum Ducatuum talia sint, vt superius asserui, patet ex eorum lectura. Illius enim, in quo Status Mantuæ erectus fuit in Ducatum ab Imperatore Carolo Quinto dati Man
31 tuæ die 8. Aprilis 1530. tenor talis † est in ea parte, quæ facit ad præsentem quæstionem.

Quemadmodum etiam tenore præsentium te Illustrem Federicum de Gonzaga Mantuæ Ducem facimus, erigimus, & creamus, Ducisq́ Mantuæ titulo decoramus, & omnia ad Ducalem dignitatem pertinentia ornamenta concedimus, elargimur, ipsumq́ tuum dominium Mantuanum hactenus Marchionatum nuncupatum, cum alijs vniuersis, & singulis feudis, quæ ab Imperio in præsentia obtines, aut pro tempore obtinebis, in vnum verum Ducatum, qui Mantuæ Ducatus nuncupetur erigimus, & attollimus, reseruato tamen Castro Vitellianæ in agro Cremonensi cum suis Curia pertinentijs Marchionatus titulo, quo tuus, ac tuorum primogenitus, & primogeniti in ipso Ducatu Mantuæ successuri vtantur, atq́ vti valeant, qui Marchionatus ab ipso Ducatu Mantuæ dependeat, eiq́ subsit, quod etiam Castrum Vitellianum, cũ suis pertinentijs antedictis, si & quatenus opus sit, in Marchionatum de nouo erigimus, & Marchionatus titulo, & honore decoramus. Decernentes, ac volentes, vt deinceps tam tu præfate Illustris Federice, quàm tui in eodem Mantuæ Ducatu hæredes, ac successores Ducis locũ, tuusq́ primogenitus, ac tuorum semper primogeniti Marchionis, vbiq́ obtineatis, atq́ obtinere debeatis, & omnibus, & singulis priuilegijs, iuribus, dignitatibus, plenitudine potestatis, ac gratijs vti, frui, & gaudere debeatis, quibus alij Romani Imperij Duces, seu eorum quiuis gaudent vtuntur, ac fruuntur, & ad quæ admittuntur, & recipiuntur consuetudine, vel de iure.

32 De qua erectione Mantuæ in Ducatum meminit † etiam Iacobus Augustus Thuanus lib. 1. suarum historiarum fol. 21. col. 2. in hęc verba, *Itaq́ Cæsar eo ferè tempore ex Panonia rediens Mantuam venit, vbi à Friderico honorificè exceptus, vt hospitem honorifica gratificatione remuneraret, eum ex Marchione Ducem creauit.*

33 Et de erectione Montisferrati † in Ducatum extat diploma Maximiliani secundi Imperatoris datum Viennæ die 8. Decembris 1573. cuius tenor est.

Dictum Marchionatum Montisferrati, eiusq́ Principatum, & dominium, vnà cum Ciuitatibus, Terris, Castris, Oppidis, Fortalitijs, Villis, ac locis, necnon mero, ac mixto Imperio, & iurisdictionibus omnimodis, superioritatibus, ac superioritatum dominijs, fidelitatibus, ac fidelitatibus vasallorum, alijsq́ quibuscunq; regalibus, titulis, dignitatibus, honoribus, pertinentijs, & alijs supradictis, quæ omnia hic pro expressis haberi volumus; In nomine Domini Saluatoris nostri IESV Christi, à quo omnis Principatus, & honor promanat, in verum Imperialem Ducatum, ac ad dignitatem, ac titulum Ducatus Imperialis ereximus, sublimauimus, & exaltauimus, ipsumq́ Illustrem Gulielmum Ducem Mantuę,

eiusq; hæredes, & descendentes, qui iure, & ordine primogenituræ, quod in Marchionatu illo nunc in Ducatum erecto, obseruari hactenùs solitum fuit, in Principatu isto successuri sunt legitimè natos, & nascituros in infinitum Duces Montisferrati fecimus, creauimus, & extulimus, aliorumq; nostrorum, & Sacri Imperij Ducum quantumuis magni illi sint, numero, cætui, ac consortio tàm huius noui, quàm Ducatus Mantuæ ratione aggregauimus, in eorumq; ordinem cooptauimus; Atq; insuper omnia, & singula priuilegia, iura, indulta, dignitates, libertatesq;, immunitates, titulos, potestatem Vicariatus, officia, honorantias, auctoritates, & facultates à Diuis Romanorum Imperatoribus, & Regibus prædecessoribus nostris, & maximè prælibatis Carolo Quarto, Sigismundo, Federico, Maximiliano, Carolo Quinto, & Ferdinando augustæ memoriæ, ac nobis dicto Duci Gulielmo, seù eius antecessoribus Marchionibus Montisferrati, tàm ex domo Saxona, quàm Paleologa, ac Gonzaga, & cuilibet eorum, & quibus ipsi Marchiones vsi sunt, vel vti potuerunt, seù debuerunt, cōcessas, & concessa, confirmata, & confirmatas, licèt eis, vel aliquo eorum per non vsum, vel contrarium vsum, etiam per tantum temporis, cuius initij memoria non extaret, de iure fortasse foret derogatum, denuò in omnibus eorum clausulis, punctis, articulis, & verborum expressionibus, ac si eorum omnium tenores de verbo ad verbum totaliter essent inserti, quemadmodum etiam illa pro insertis, ac sufficiēter expressis haberi volumus in personam eiusdem Gulielmi, ac descendentium suorum prædictorum, confirmauimus, & innouauimus, prout per præsentes eisdē scientia, & auctoritate erigimus, sublimamus, exaltamus, facimus, creamus, extollimus, aggregamus, & innouamus; Decernentes, & hoc nostro Cæsareo edicto firmissimè statuentes, ut posthac perpetuis futuris temporibus Principatus Mōtisferrati vnà cum suis Ciuitatibus, Terris, Castris, Oppidis, Fortalitijs, Villis, locis, & iuribus, ac vniuersis, & singulis pertinentijs, & alijs supradictis pro vero Imperiali Ducatu habeatur, teneatur, & reputetur, ipseq; Illustris Gulielmus Dux Mantuæ, ac eiusdem hæredes, & descendentes, eo, quò dictum est modo, & ordine, in Principatu isto successuri virtute huius nostræ creationis, sublimationis, & exaltationis, ab hac hora in perpetuum sint, dicantur, appellentur, & nominentur Duces Mōtisferrati, ac vt alij Duces sacri Imperij, quantumuis magni sint, honorentur, ac reputentur ab omnibus, & singulis cuiuscunque gradus, status, ordinis, conditionis, aut dignitatis extiterint, tàm in scriptis, quàm viua voce, aut aliàs quotiescunque, & quomodolibet illorum mentio facienda erit.

34 De qua erectione huius Ducatus Montisferrati † mentionem facit Natalis Comes lib. 23. suarum historiarum, propè finem, his verbis:

Per quod ferè tempus Maximilianus Imperator multis, ijsq; iustissimis, & non leuibus de caussis Gulielmum Mantuæ Ducem coniunctum, ac sororium Principem decreuit clariore dignitate afficere, vt duorum Principatuum Dux esset. Nam, cùm ante Montisferrati titulus esset Marchio-

neis, decreuit, vt in posterum Ducatus intelligeretur, atq; esset, quare non solum Mantuæ, sed etiam Montisferrati Dux Gulielmus fuit appellatus, illud autem factum est à Cæsare ob multas, & præclaras virtutes ipsius Gulielmi, qui non solùm planè adæquat, sed etiam superat auitas virtutes, & gloriam suorum maiorum, qui non semel præclara obsequia Imperatoribus Romanis præstitit, quoties se obtulit occasio, illaq; in rebus maximis; Idcircò additum est ad maiorem rei expressionem, vt insi-
35 *gnia † etiam Ducatus Montisferrati deferantur, & coniungantur cum insignibus ipsius Ducis, vt appareat, & vtrunq; Principatum, quasi vnũ corpus effici, cui præsit Princeps tanquàm caput. Addita sunt & alia multa priuilegia, quæ longum esset recensere, cùm nihil prætermissum sit in eo diplomate, quod ad dignitatem eius Ducis corroborandam, & ornandam pertineret, aut ad significationem singularis beneuolentiæ.*

Quando autẽ dignitas est concessa ipsi rei, putà, quòd Status sit erecti-
36 tus in Ducatum, tunc † licèt in concessione essent nominatæ certæ personæ, tamen competit etiam cuicunque non nominato, in quem contingat transire ipsum Statum, Io: Francisc. de Pont. cons. 7. per tot. vol. 2. Menoch. cons. 905. per totum, maximè sub nu. 15.

Quo fit, vt, cùm Serenis. Dux Carolus fuerit, & sit legitimus successor in his Ducatibus, sicuti eum talem esse demonstraui in primo, & secundo articulis, (nunc enim sufficit insistere in possessione, vel quasi huius dignitatis, satis nedùm colorata, sed etiam iustificata ex dictis pri-
37 uilegijs, & arbore genealogiæ ab aduersarijs publicata,) potuerit, † & possit se nominare Ducem, & omnia, quæ ad hanc dignitatem spectãt, exercere, prout hoc expresè concedunt ipsa diplomata, & est de iure,
38 nam successor vtitur † omnibus præheminentijs, priuilegijs, ac prærogatiuis, quibus fruebatur præcessor, & is, in cuius locum subrogatur, l. inuitus, 199. aliàs 198. §. plerunq; ff. de reg. iur. cap. cum quis, 14. de regul. iur. in sexto, Schrader. de feud. par. 10. sect. 9. nu. 190., & vasallus
39 successor nactus semel possessionem omnes actiones † competẽtes dominis vtilibus exercet, Rosental. cap. 12. quæst. 12. nu. 1. & ex lege con-
40 tractus, & concessione acquiritur † ius in feudo etiam successoribus,
41 Brun. cons. feudal. 1. nu. 25. vol. 1. & in successorem transeũt † iurisdictionalia, Schrad. de feud. part. 10. sect. 3. nu. 150. cum seqq.

42 Princeps enim liberam habet † administrationem omnium, quæ sunt Principatus, Amed. de Pont. in commentar. ad titulum de his, qui feud. dare possunt, nu. 31.

Hæcq; administratio, & Ducis titulus, & omnia, quæ illum consequuntur, competunt eidem Serenis. Duci Carolo, quamuis adhuc se-
43 cuta non fuerit † confirmatio Cæsareæ Maiestatis, Molina de primogen. lib. 1. cap. 11. nu. 21. & seqq. Mastril. de Magistratib. lib. 4. cap. 10. nu. 22. & 23. tom. 2. fol. 26. Schrader. de feud. par. 10. sect. 1. nu. 114. & sect. 5. nu. 163. & cons. 14. nu. 132. & 133. vol. 1., & etiam ante corona-
44 tionem, † prout de Imperatore, quòd ex sola electione, licèt adhuc nõ

fuerit

45 fuerit coronatus, nec confirmatus, possit † exercere administrationem, & omnia iura Imperij, tradunt Imol. in cap. venerabilem, 34. num. 6. vers. Nota quòd, extra de elect. vbi etiam Abbas nu. 26. Deci. cons. 193. aliàs est cons. 194. & cons. 588. Paris. de communi cons. 1. nu. 4. vol. 2. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 35. nu. 35. Anton. Queta latè cons. 1. n. 16. & latius Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 10. cap. 6. fol. 649. qui licèt acri-
46 ter controuertant, † an id ei competat de iure, vel de consuetudine;
47 tamen omnes conueniunt, & resoluunt † id posse, & vsu obseruari, sicuti & in istis nostris Ducatibus semper fuit obseruatum, quia ante coronationem, obedientiam præstitam, & renouationem inuestituræ successores habuerunt liberam administrationem, eam exercuerunt, & vocati, & tractati fuerunt ab omnibus pro Ducibus: Et in specie, quòd Rex, vel Dux dicatur talis, & possit vocare se Regem, & Ducem ante coronationem, quia talis successio non requirit aditionem, nec recipit aliquod temporis interuallum, tradit Guliel. de Monserat. in tractat. de succession. Regū Franciæ in primo dubio nu. 22. in fine dicti numeri.
48 Coronatio enim fit † potiùs honoris, quàm necessitatis gratia, vt ex Nicolao Balbo tradit Andr. Kninchen. de Saxonico nō prouocandi iure,
49 cap. 1. nu. 33. fol. 151. & quæ dicuntur de Imperatore procedunt † etiā in istis Ducibus habentibus iura Imperij, nam ab illo ad istos valet argumentatio, Andr. Kninchen. in tract. de territorij origine cap. 1. sub
50 nu. 413. & 414. fol. 19., & quia potentior videtur † titulus, vel saltem non debilior competens ex successione, quàm ex electione, & ideo di-
51 cunt Doctores, quòd ius istorum Ducum est † fortiùs in eorum Ducatibus, quàm Imperatorum, quia illud transmittunt ad suos hæredes; quod facere non possunt Imperatores, Aluarot. de feud. Marchiæ, sub nu. 1. vers. Quia Rex in suo Regno, Crot. cons. 164. num. 14. Nicol. Festas. in tract. de collect. par. 4. cap. 7. nu. 37. fol. 101., ob id, si sola electio
52 tribuit † hanc potestatem in summis Principibus, vt per prædictos Doctores citatos circa administrationem Imperatoris electi tātùm, nu. 45. & tradit Queta cons. 1. nu. 17. in omnibus Principibus, qui admittūtur per electionem, videtur dicendum, quòd idem multò fortiùs operetur successio, & hoc eò magis, quia nostri Principes sine alicuius contradictione semper ità obseruarunt, & priuilegia erectionis horum Duca-
53 tuum concedunt ne dùm † quæ de iure, sed etiam quæ de consuetudine eis competunt: & dicit Innocentius in cap. cum super, 4. sub nu. 2. de causa possession. & proprietat. quòd, vbi non est consuetudo, quòd quis non possit administrare antequàm installetur, hoc est ponatur in
54 possessione à superiore, tunc † potest administrare ante ipsam installationem, quæ consuetudo nō adest in nostris Ducibus, sed imò viget contraria, Et Andreas Kninchen. in encycloped. cap. 3. sub nu. 90. fol. 112. ex Baldo in l. 2. nu. 61. vers. Iuxta prædicta quæritur, C. de seruitute, & aqua, inquit, quòd *& si Princeps nondùm sit vestitus ab Imperatore, attamen, quia iurisdictio concessa est notoria iuris, & de iure censetur*

55 tur † quò ad subditos inuestitus, & in possessione generali constitutus.

Et prædicta procedunt, etiam si fieret aliqua controuersia, nàm cùm sit in possessione, & quasi possessione horum Ducatuum tituli, & iurisdictionalium, pendente dubio, si quod adesset, quod tamen nullum
56 adest, potest † administrare tanquàm Dux, & Dux appellari per ea, quæ tradit Pacian. de Imperatore, qui patitur controuersiam, de probation. lib. 2. cap. 35. nu. 9. & 10., vnde, cum in casu nostro D. Dux Carolus solus sit in possessione, licèt adsint prætensores, eius tantùm vti possessoris est administratio, adeo vt si spoliaretur, etiam si posset constare non legitimè successisse, cuius tamen contrarium notorium est,
57 adhùc restitui † deberet ad hanc quasi possessionem huius dignitatis, glos. 2. in d. cap. cum super, 4. de caus. possess. & propriet.
58 Sicuti enim quasi possessio datur † in qualibet materia iuris, in quo quis pro tali se habuit, Oldrad. cõs. 244. nu. 9. vers. Sextò opponebatur, & cons. 254. sub nu. 5. ibi, *Constitui tamen in quadam quasi possessione talis iuris*, Crauet. cons. 249. sub nu. 2. vers. Sed tamen aduertendum. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 12. nu. 12. & ideo datur quasi possessio
59 Senatoriatus, † glos. penult. in l. maximarum, 13. C. de excusat. muner.
60 & quasi possessio † Doctoratus, Bald. in l. 2. nu. 13. C. de seruit. & aqua,
61 & quasi possessio † sessionis, & primatus, Schrader. cons. 4. nu. 156. &
62. 165. & quasi possessio † Clericatus, Pacian. de probatio. lib. 2. cap. 34.
63 nu. 46. & quasi possessio † honoris, & dignitatis, Siluan. de feud. reco-
64 gnit. quæst. 109. nu. 30., & quasi possessio † iurisdictionis, Bald. in dicta l. 2. sub nu. 12. C. de seruit. & aqua, Menoch. de retin. possess. remed. 3.
65 nu. 579. cum seqq., & quasi possessio † vasallaggi, Rosent. cap. 2. quæst. 32. nu. 2. & de multis alijs casibus, in quibus datur hæc quasi possessio
66 iuris † incorporalis, latè Bald. in d. l. 2. C. de seruit. & aqua.
67 Ita quoq; datur quasi possessio † Imperij, Ducatus, & similiũ dignitatum, ex qua tales probantur, qui in ea reperiuntur, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 35. nu. 13.

In qua quasi possessione reperiri Serenis. Ducem Carolum plusquã notorium est, quia omnia exercuit, & exercet, ex quibus illa probatur.

Habuit enim iuramentum fidelitatis populorum, & consignationẽ armorum, & militiæ mediante persona filij, & sine vllo vitio, cùm fuerit omne id factum de voluntate, & mandato præcessoris, ei præstantur
68 onera, & gabellæ, ex quibus induci, & acquiri † hanc quasi possessionẽ, scribit Menoch. de retin. possess. remed. 3. à nu. 579. vsq; ad 584. Schra-
69 der. cons. 3. nu. 372. vbi de recognitione † facta à subditis, & de iura-
70 mento † fidelitatis, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 35. nu. 16. & 17. vbi de
71 obedientia subditorum, † tàm in omittendo, quàm in committendo, quæ omnia hìc concurrunt, fuit receptus à subditis tanquàm dominus, quotidiè pro tali recognoscitur, obeditur, veneratur, punit facinorosos, facit gratias, edit proclamata, conscribit milites, cudit monetas, destinantur ei Oratores, & ipse trãsmittit ad alios Principes, in publico audi-

uit,

uit,& recepit Oratorem Maiestatis Regis Christianissimi, in Ecclesijs vti Princeps stat sub baldachino, creauit Equites sacri Ordinis Redem-
72 ptoris vti magnus Magister, quæ dignitas † est tantùm Ducum Mantuæ, reuocauit bamnitos, vtitur insignibus Ducum, per quem vsum In-
73 signium probatur † etiam quasi possessio dignitatis, Bald. in dicta l. 2. sub nu. 13. C. de seruit. & aqua, Martin. Laudens. in tract. de dignitatib. quæst. 36. in decimo sexto tomo tractatuum diuersorũ vltimæ impressionis, fol. 2. Ipse enim publicè vsus est baldachino, vt dixi, tàm in audientia publica data Oratori Regis Franciæ, quàm in Ecclesijs, de quo
74 baldachino † vti Ducum insigni agit Marta de iurisdict. part. 2. cap. 53. nu. 1. & sub nu. 16. fol. 290. & 291., incedit cũ protectoribus, qui sunt
75 milites † custodiæ Principis, vt in titulo C. de domesticis, & protectoribus, lib. 12. vbi hoc notant glos. in rubr. Andr. de Barul. Odofred. Iacob. Rebuf. Lucas de Penna, & Io: de Plate. de quibus etiam ego dixi in
76 mea controu. forens. 201. nu. 1., & de alijs Ducum insignis † tradunt Cassan. in cathalog. gloriæ mundi par. 1. concl. 9. trigesimæ octauæ cõsiderationis, fol. 8. col. 3. Marin. Freccia de subfeud. lib. 2. in tit. *quis dicatur Dux*, in §. 1. nu. 12. fol. 125. in noua impressione, & in antiqua nu. 9. fol. 88. Marta de iurisdict. par. 2. cap. 53. nu. 15. & 16. folio 291. Mastril. de Magistratib. lib. 4. cap 5. nu. 15. tom. 2. fol. 16.

77 Quasi possessio autem iurisdictionalium generalis † acquiritur per vniuersum Statum ex generali exercitio iurisdictionis, Thoming. con-
78 sil. 26. nu. 136. vol. 1. & etiam per vnicum solum actum, † quãdo alter non est in dicta quasi possessione, idem Thoming. dicto cons. 26. sub nu. 136. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resol. 103. nu. 13. Iacob. Anton. de Maur. allegat. 27. nu. 5. aliàs si alter esset in dicta quasi possessione
79 generali, acquireretur † tantùm quasi possessio illius actus gesti, Thoming. dicto cons. 26. sub nu. 136.

80 Et per vsum priuilegij in vna parte Ciuitatis acquiritur † dicta quasi possessio in vniuerso Statu, Iacob. Anton. de Maur. allegat. 36. num. 3. Schrader. cons. 3. nu. 351. & cons. 6. nu. 90.

81 Prout etiam per ingressum in principalem Ciuitatem † acquiritur possessio totius Prouinciæ, Freccia de subfeud. lib. 2. in tit. quis dicatur Dux, sectione incipiente *iure naturali*, nu. 67. fol. 137. in noua impressione, & in antiqua nu. 63. fol. 96. Capic. decis. 1. num. 11. Schrader. de feud. par. 5. cap. 2. nu. 25. & dicto cons. 3. sub nu. 351. Vvesembec. cons. 1. sub nu. 51. vol. 1. Maranta in tract. de remed. possess. nu. 244.

82 Pro qua quasi possessionę dignitatis † dantur interdicta possessoria, & præsertim retinendæ, cap. licet causam, 9. vbi Bald. sub nu. 5. ibi, *&*
etiam possessorio agitur pro ipsa. & nu. 6. in illis verbis, *ibi honore, hoc nõ*
83 *reperitur alibi, quod per honorem competat † indicium possessorium, be-*
84 *ne tamen reperitur, quod competit † officium Iudicis.* & ibidem Felin. sub nu. 1. vers. Secundum de honore, extr. de probat. Purpurat. qui & ipse agit de interdicto retinendæ, cons. 540. nu. 19. Gratian. disceptat.

forens.

forens.298.sub nu.11.Modestin.Pistor.cons.26.sub nu.54., vbi,quòd
85 à Senatu quis non potest † remoueri sine iusta causa, & remotus sine
86 causæ cognitione agit † possessorio recuperandæ, vt per eum ibi num. 58. & 59.

87 Competit etiam officium † Iudicis, vt per Baldum loco proximè citato, Io: Faber in §.aliam, nu.2. Instit.de bonorum possessione, Gratian. dicta disceptat.forens.298. sub nu.11.

88 Et licet resistere † armata manu contra turbantem in hac quasi possessione dignitatis, vel amouere volentē, Bald.in l.obseruare 4.§.antequàm, circa finem, ff.de offic.proconsul. Menoch.cons.257. num.55. Gratian.d.discept.forens.298.sub nu.11.& aduersus turbantem in si-
89 mili titulo, & honore, vel non patientem illum decerni † datur actio iniuriarum, Bald.in dicta l.obseruare, 4.§.antequàm, circa finem, ff.de officio proconsul., Cordub.in l.si quis à liberis, 5.sub nu.3. ff. de liber. agnoscend. Gratian.dicta disceptat.forens.298.sub nu.11.Io: Vincent. de Anna allegat. 57. nu.5.

ARTICVLVS QVINTVS.

AN Sacra Cæsarea Maiestas possit sequestrare, & ad se auocare possessionem Ducatuum Mantuæ, & Montisferrati, donec fuerit cognitum de iuribus legitimi Ducis.

SERENISSIMVS Dux Carolus pacificè nemine contradicente, & sine vllo minimo vitio vti legitimus successor vigore tàm auitæ, quàm aliarum antiquarum inuestiturarum habuit possessionem Ducatuum Mantuæ, & Montisferrati medio Principis sui filij, ei à prçcessore viuente consignatā, tenendam nomine dicti D. Ducis patris sui, quem etiam declarauit successorem in eorundem Ducatuum Statibus. Hanc successionem non affectauit, non expectauit, sed à Deo quasi miraculosè delatam nō recusauit, cùm haberet etiam in hac patria filium vocatum à Præcessoribus, & detentum quasi obsidem huius futuræ successionis eius patris. In qua possessione, dùm reperitur, vulgatus est susurrus quidam incertus, & incertarum prætensionum quorundam in hac successione.

Nunc quæritur, an Sacra Cæsarea Maiestas possit ad se auocare possessionem hāc, & eam sequestrare, inuito ipso D.Duce, donec cognitū fuerit, quis sit legitimus successor. In hoc articulo, qui est capitalis, re-

 citabo

citabo verba præcisa Doctorum non ad implendum folia, nec ambitiosè ad pompam, sed quia informantes in Curia pro Serenissimo Duce carent libris.

Negatiuè respondeo non esse locum huic prætensæ auocationi, seu
1 sequestrationi possessionis, quia illa permittitur tantū,† quando vtraq; pars prætendit possidere, nec vllus vult se constituere actorem, & inuicem cōtendunt stare in possessione, & alterum prohibere ab ingressu, & periculum est, ne deueniant ad arma, & succedant scandala, nec constat quis sit in possessione, & vbi manifestum est periculum armorum, nō autem fingitur ad interuertendam alterius possessionem, nam
2 tunc, quia ad officiū superioris spectat † prouidere, ne huiusmodi scandala succedant, iuxta textum in l.fin. ff.de offic. procurator. Cæsar. & textum in l.si vsusfructus, 16.§.si inter duos, aliàs incipit si cuius rei, 13. dicto § si inter duos, & aliàs incipit æquissimum, 17.in princ. ff.de vsufructu, ibi, *Cur enim ad arma, & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest iurisdictione sua compescere.* & text.in l.illicitas, 6. §.ne potetiores, & l.congruit, 13.ff.de offic.Præsid., & text.in l.si super possessione, 9.C.de transactionib. solet duplex adhiberi remedium, vel auoca-
3 tionis,† & sequestrationis possessionis, quando omninò incertum est quis possideat, inhibendo vtriq; parti, ne accedat ad locum controuersum, vt per Innocentium in cap.in præsentia, 8.sub nu.2. extra de probationib. & per Speculat. in tit. de libelli conceptione, §.nunc videndum, sub nu.14.& in tit.de petitorio, & possessorio, §.1. sub nu.38. Iacob.Butrig.in l.incerti, 3.col.2.vers.Quinta lectura est, C.de interdict.
4 Odofred.in l.æquissimum, 17. ff.de vsufructu, vbi dicit,† quòd debet facere hoc saluo iure vtriusque partis, Bald.in l.final.sub nu.10. C.de edict.Diui Adrian.tollend. idem in l.vnica, sub nu.3.vers.& alia est sequestratio, C.de prohibit.sequestr.pecun. & in l.ordinarij, 13. sub nu. 9.in fine, C.de rei vindicat., Curt.sen.cons.60.Iacobin.in l.si de vi, 37. sub nu.4 ff.de iudic., Menoch.de retin.possess. remed.vltimo, nu.45. Roland.cons.80.nu.22.vol.1. Gail. lib.1. obseruat.5. Minsinger. centur.2.obseru.96., & plerîq; ex Germanis attestantur de hoc extare cō-
5 stitutionem † Caroli Quinti, & Ferdinandi Imperatorum, quam idiomate Germano recitant ad verbum Io:Bauman.de sequestris, cap.10. fol.62. Goddeus de sequestr.possession.cap.1. nu.48. fol.83. Andreas Cludi.in simili tract. cap.5. sub nu.13. fol.215.
6 Vel alterum adhibetur remedium,† quòd Iudex summarias capiat informationes sine libello, monitis partibus ad eas dandum super summarijssimo possessorio; & cōstito quis sit in vltima possessione, seù detentione, mandat alteri parti, quòd non accedat ad locum controuersum, & quòd constituat se actorem in plenario possessorio, vel petitorio, Specul.in tit.de petit. & possess.§.1.sub nu.38. Bald.in d. l. ordinarij, 13.sub d.nu.9.C.de rei vindicat. Castr.cons.3.in primo, & secundo dubio, vol.2. Menoch.de retin.possess. remed.vltimo, Gail.lib.1. obseru.7.

ſeru.7.Botta conſ.76.ſub nu.1.& 2.Becc.conſ.21.nu.10.Fachin.lib.8.
controu.iur.cap.15.Merenda lib.3. controu.iur. cap.19. latè Couaru-
uias practicar.quæſtion.cap.17. Cagnol.in l.in pari,172.nu.6.ff.de re-
gul.iur., Plot.de in litem iurand.§.3.ſub nu.28.

Sed, vbi conſtat,& certum eſt alterum ex contẽdentibus poſſidere,
7 tunc ceſſant dicta remedia,& nullo pacto poteſt ſequeſtrari † poſſeſſio
nec ad inſtantiam partis,nec ex officio,etiam ſi ſubeſſet timor armorũ,
vel ſcandali,quia ſuperior debet prouidere mandando ei,qui non poſ-
ſidet,ne turbet alium ,& cogendo illum ad parendum ſaluis eius iuri-
8 bus debito iuris ordine † deducendis,iuxtà textũ in l.liberis,9. §.final.
ibi, *Igitur,cum de hoc incertum eſt,vt poſſit iudicium ordinem accipere,
hoc apud eum,qui de libertate cogniturus eſt diſceptatur,* ff.de liberal.
9 cauſ., & quòd non ſit locus ſequeſtrationi † eo caſu,quo certum eſt al-
terum poſſidere,tradit gloſ.in l.1. in verbo *prohibebit*, C. vti poſſidet..
10 vbi inquit,quòd aut eſt liquidum quis poſſidet, & Iudex † terminabit
ſecundum poſſeſſionem cuiuſq;, ſi verò non eſt liquidum,abſtinebit à
iudicando,prohibendo eos venire ad arma, & qui petitoriũ volet pro-
ponere,id faciat. Innocent.in cap.in præſentia,8.ſub num.2.extra de
probation.vbi habet hæc formalia verba, *Et ſi vnus dicit ſe eſſe in poſ-
ſeſſione,& alius dicit eum non poſſidere,ſi nõ eſt timor armorum permit-*
11 *tatur † vterque ire ad occupandum poſſeſſionem vacantem; & qui præue-
nerit,ille in ea defendatur de iure,donec alius de iure ſuo probet; ſi autem*
12 *ibi eſt timor armorum,compeſcat † eos Iudex,& inhibeat,ne aliquis eam
priuatim intret. ff.de vſufructu. l.ſi cuius, §.ſed ſi. & onus probandi illi*
13 *incumbet,† qui dicit ſe poſſidere, ff.de probat. l. 2. & eodem modo prohi-
bebit Iudex,ſi neuter dicit ſe poſſidere; ſed ſi vterque cum armis feſtinat
accipere poſſeſſionem,& tunc fructus harum rerum à nemine poſſeſſarum*
14 *tenebuntur,† & ſeruabuntur,ſicuti fructus iacentis hæreditatis,& hoc
verum eſt,quando dubitatur,ne ſimul concurrant; ſed quando certũ eſt,*
15 *quòd vnus alium præuenire poteſt,nunquam eſt impediendus,† vel etiam
prohibendus ingredi poſſeſſionem, ſed alius prohibendus eſt à moleſtatio-
ne primò ingreſſi.* Idem Innocent.in cap.cùm veniſſent,ſub nu.1.de in-
ſtitutionibus,ibi: *Vel dic,quod ambæ partes fuerunt coram Papa, & vtraq;
pars propoſuit ibi ius ſuum,ſed non fuit ibi edita actio, nec modus agen-
di,nec libellus datus,nec litis conteſtatio facta, ſed cùm ex narratione*
16 *facti † conſtaret Papæ,quòd Archidiaconus poſſidebat,decreuit eũ in poſ-
ſeſſione tuendum, ſed donec Archiepiſcopus probaret coram competẽti Iu-
dice,& per legitimos tramites iuris perſonalem tantũ fuiſſe donationem.*
vnde,cùm in caſu noſtro ex ipſa narratione facti conſtet D. Ducem
Carolum poſſidere,tuendus eſt in ſua poſſeſſione,nec locus eſt ſeque-
ſtrationi. Idem docuit Bald.in l.quiſquis,6. nu.3. C.quorum appella-
tiones non recipiantur,vbi præciſè inquit: *Quæro numquid poſſit ferri
ſententia in poſſeſſorio,ſi neutra pars vult offerre libellum, ſed enſem pro*
17 *libello, Reſpond.ſic † in poſſeſſorio retinendæ,cum vterq; dicit ſe inſolidũ*

L 2 *poſſidere.*

possidere. & sic multò magis, vbi alter non intendit se possidere, sed tan-
tùm vellet priuare possessorem sua possessione. Idem Bald. in d.l. ordi-
narij, 13. sub nu. 9. C. de rei vindicat. inquit: *Quando duo asserunt se possi-
dere, & neuter vult agere, sed vterq; vult possessorio incumbere, modò ista
res venit ad aures Iudicis per simplicem querelam, non per libellum, quia
qualibet pars implorat officium Iudicis petens mandari aduersario ne
accedat ad possessionem, vt in l. vltima ff. de offic. procurat. Cæsar., Resp.*
18 *Iacobus de Arena, quòd Iudex summatim inquiret † de possessione, & cõ-
stito sibi per summariam cognitionem, & sine libello, quis possideat man-
dabit alteri parti, quòd nõ accedat ad possessionem, & idem tenuit Iacob.
Butrigar. in dicta l. incerti, ne partes veniant ad arma, & rixas.* & adhùc
idem Bald. in l. vnica, sub nu. 3. C. de prohibit. sequestrat. pecun. inquit:
Alia est sequestratio de re contentiosa pro possessione, & ista quandoq; fit
19 *Iudicis officio† etiam vtraq; parte contradicente, vt quando contenden-
tes de possessione sunt in procinctu armorum, vt ff. de vsufruct. l. aequissi-*
20 *mum, & l. final. ff. de officio procurat. Cæsar., nisi constaret † Iudici, quòd
alter tantum possideret, nam tunc Iudex debet mandare aduersario, ne
accedat illuc, vt ibi patet.* Idem Bald. in l. final. sub num. 11. C. de edict.
Diui Adrian. tollend. scribit in hæc verba: *Item, cùm contenditur de*
21 *possessione vacante, fructus interim sunt † sequestrandi, si videtur Iudi-*
22 *ci, quòd iura partium sint obscura, & sit metus armorum, nam aliàs † non*
23 *fit sequestrum; item si vnus possidet, † interim alij iubetur, ne eum tur-
bet, & possessor recipit fructus secundum Innocentium, nam lite penden-*
24 *te nihil innouandum est † contra possessorem, nisi in mera fructuum de-
scriptione facienda, si Iudici videbitur.* Idem Bald. in l. penult. ff. vbi
pupil. educar. debeat. ita scribit: *Quando est metus armorum, tũc ad se-*
25 *questrum deuenitur, † quando vtraq; pars incumbit possessioni, sed si in-*
26 *cumbit vna, & nõ altera, non debet † fieri sequestrum, sed debet mandari
non incumbenti, ne accedat interim ad possessionem.* Idem Bald. in l. qui-
dam existimauerunt, 21. sub nu. 5. ff. si cert. petat. *Secundo casu* (inquit)
27 *aut est timor, vt veniatur ad arma, & tunc refert, aut neuter † possidet,
& tunc debet inhibere vtriq; violentum accessum, argum. l. aquissimum*
28 *supr. de vsufruct. aut vnus tantùm possidet, † & debet petitori, qui non
possidet, inhiberi accessus, vt l. final. ff. de offic. procur. Cæsar., aut vterq;*
29 *contendit se possidere, & tunc † Iudex debet summatim se informare,*
30 *quis possideat, & illi interim fauere, si hoc non possit sibi liquere, † dic vt
notat Innocent. extra de probation. cap. in præsentia, vid. Cyn. C. vti possi-*
31 *det. l. 1. in additionibus, si verò nõ timetur de armis, † Iudex, cui nihil est
probatum, nihil mandare potest, vt notat Innocent. extra de sentent. ex-*
32 *communicat. cap. soles, in fine; non tamen potest † Iudex ei, qui nõ potest
recuperare rem suam, iustè interdicere ne vtatur armis, vt C. quod cum*
33 *eo, l. si seruus. quia Iudicis praeceptum debet esse legitimum, † & legibus
roboratum, aliàs nudum non valet.* Idem Bald. in d.l. æquissimum, 17. in
secunda lectura, ff. de vsufruct. inquit: *Sed pone, quòd habeo ex pacto li-*

centiam

centiam ingrediendi possessionem,timetur tamen,si vtar pacto,ne venia-
34 tur ad rixas,& arma,an Iudex poterit me prohibere, ne accedam? dic,†
35 quòd non,quia non potest mihi interdicere,† ne vtar iure meo,& ideo
cautè hic dicit,quis potest,imò debet prohibere mihi vim fieri, & idem si
36 possideam,† nam possessori non debet inhiberi,ne vtatur sua possessione,
37 vnde tumultuoso,† & iniurioso ingressori fit inhibitio,non ei,qui suo iu-
38 re † vtitur. Idem Bald.in cap.1.sub nu.6.de sequestr.possess. & fruct.
39 ſcribit: Item nota hic,quòd non ideo debet † fieri sequestrum, quòd vna
40 pars prorumpat ad arma,& sic nota,quòd propter metum armorum † nō
debet recedi à dispositione iuris, & tramite rationis, nisi fortè esset du-
41 bium de possessione,† vel esset certum,quòd neuter possideret,& vtraque
pars se se pararet ad arma. & in cap.2.nu.8.de vita, & honestate cleri-
corum,dicit: Si duo contendunt de aliqua possessione,& parant se ad bel-
42 lum,vtrum Iudex possit possessionem sequestrare,dic quòd non, † si vnus
possidet,alter non. Idem Bald.conſ.244. vol.3. ita ſcribit: Veniendo ad
litteras Magnifici,quæ quidem fuere iustissimæ,quia vbi constat de pos-
43 sessione,possessio sequestranda non est,† sed inhibendum non possidenti,
ne sua auctoritate ad possessionem accedat,ff.de offic.procurat.Cæsar.l.fi-
44 nal., dicendum est,quòd mortuo feudatario possessio † naturalis feuda-
45 tarii rei vacans remansit in illo instāti,nec enim ipso iure † quæritur si-
ne apprehēsione,l.1.§.Scæuola,ff.si quis testam.lib.iuss.esse fuer., Et ideo,
46 qui præuenit in possidendo,debet † in possessione defendi, donec alius de
iure suo doceat iudicio super hoc legitimè instituto,ff.de liberal.cauſ.l.li-
beris.§.finali. Castrenſ.conſ.3.sub nu.1.& 2.vol.2. inquit: Ordinatur
iste processus principaliter ad finem,ne lite pendente super proprietate,
vel possessione partes veniant ad rixas, & arma turbando se inuicem, cũ
47 qualibet pars asserat † se esse in possessione,& alteram non esse,super hoc
necessarium fuit summatim cognoscere,quæ pars esset in possessione,&
48 reperto.quòd altera sit,altera non sit,pertinet † ad officium Iudicis inhi-
bere ei,qui non est,ne alteri parti molestiam,vel turbationem faciat,li-
te pendente. & paulò infra inquit: Et iste Iudex aditus, seù requisitus
49 facere debet † ex officio ne partes veniant ad arma,per quæ patet,quòd li-
te pendente super iure,vel quasi possessione iuris,ille,qui non possidet, de-
50 bet cauere † possessori,quòd non impediat eum in sua quasi possessione, igi-
tur per prius summatim cognosci debet quis possideat. Iaſ.in d. l.quidam
existimauerunt,21.sub nu.4.verſ.Istud vltimũ,ff.si cert.petatur. Istud
vltimum (inquit ſcilicet de sequestratione) limitat notabiliter Baldus
51 hìc in vltima columna, (& nota quia quotidianum est,) vt † procedat
quando neuter possideret,sed vterq; prætenderet possessionem ad se specta-
re,sin autem vnus tantùm possideret,siue esset in possessione,alius non, nō
52 potest † tūc Iudex sequestrare possessionem,dato quòd videat partes pro-
cessuras ad arma. Et paulò infra referens Baldum, vbi dicit,quòd propter
53 metum armorum non debet † fieri sequestrum,nec recedi à tramite iuris,
nisi quando dubium est de possessione,secùs quando vnus possidet,alius nō.

Iacobin.

Iacobin.de S.Georg.in l.si de vi,37.nu.4.ff.de iudici.inquit: Sed ponamus duo contendunt de possessione eiusdem rei,& nullus ipsorum vult dare libellum,imò vterq; vult incumbere possessioni,& ista res peruenit ad aures Iudicis,non quidem per viam querela,sed quia vnus ipsorum contra alterum implorat Iudicis officium, vt prohibeat aduersario,ne accedat ad illam possessionem,& tamen nullus ipsorũ vult dare libellum; quid
54 faciet iudex? Respondeo vobis, quòd Iudex etiam sine libello † hoc casu poterit summatim se informare,quis ipsorum sit possessor, & si per summariam informationem constabit Iudici alterum prædictorum esse in pos-
55 sessione,prohibebit † alteri sub pœna,ne accedat ad illam possessionem, sed quòd det si velit libellum,& si sibi constare non poterit, quis sit possessor,
56 faciet † fieri sequestrationem possessionis,vel fructuum, quando esset timor,ne partes venirent ad arma. Curt.sen.in l.vnica, sub nu.14. C.de prohibit.sequestrat.pecun. Vbi constat (inquit) Iudici alterum tantum
57 possidere,non debet † sequestrare,sed mandare aduersario,ne accedat, & turbet possessorem; & intelligit scilicet Bald. d.l.æquissimum, cùm dubi-
58 tatur † quis possideat,& partes sunt in armorum procinctu, imò si nõ ap-
59 pareret quis possideat,debet † summatim se informare,& tueri quem inuenit possidere, quod est repetitum in tractatu de sequestris eiusdem Curtij compilato ex lectura in d.l.vnica,C.đ prohibit.sequestr.pecun. qui tractatus est in secunda parte tomi tertij tractatuum diuersorum vltimæ impressionis,fol.144. nu.12. Idem Curt.sen.cons.60. col.2. ibi:
60 Hoc tamen declarari,& limitari debet verum esse,† & procedere, quãdo Iudici non liquet alteram partem tantùm possidere, quia interim potest
61 dicta sequestratio fieri,ne partes veniãt ad arma, secùs autem est,† quãdo liquet Iudici alteram partem tantùm possidere,quia tunc talis seque-
62 stratio fieri non debet,sed Iudex eo casu debet † alteri parti mandare,& inhibere,ne ad rem,seù possessionẽ accedat. Aufrer. ad Capellam Tholos.quæst.478.sub num.4. Et quoties timor (inquit) est,quòd partes ve-
63 niant ad arma,quod intellige,† quando neuter possidet. & infra, Si tamẽ
64 vnus possidet,non possidenti debet † inhiberi. Dec.in l.finali nu.7.C.de edicto Diui Adrian.tollend. Et quid si sit timor scandali,adeo quòd fiat
65 sequestrum,debet prius summatim constare † Iudici de tali timore scan-
66 dali,& in tali summaria cognitione † citatio partis requiritur; si autem constaret Iudici alteram partem possidere,vt supra dictũ est,deberet pos-
67 sessor † conseruari in sua possessione,& præceptum fieri alteri parti,ne possidentem in sua possessione molestaret. Et paulò infra: Et tali casu,
68 quando alter possidet non potest † sequestratio fieri,vt supra dictum est,
69 nisi alia iusta causa subesset, in qua (scilicet iusta causa) citatio † partis, & causa cognitio requiritur. Franc.Marc.quæst.1196. sub nu.4. lib.1.
70 vbi inquit: Licet ipso casu,vbi apparet alteram partium possidere,† non deberet fieri sequestrum,sed inhiberi parti aduersæ,ne aliquid attentet. Paris.cons.41.nu.35.vol.1.inquit: Et quoniam ipsa D.Aloysia iam pos-
71 sidebat,etiam si fuisset timor scandali,non propterea priuanda esset † sua posses-

72 *possessione medio sequestrationis; cessat enim tale remedium,† quando*
quis possidet, vt possidet ipsa D. Aloysia, quæ tuenda venit in sua possessio-
ne remoto sequestro, & in ea venit conseruanda, & aduersarijs faciendũ
est præceptum, ne in sua possessione ipsam molestent. Practica Papiensis
in forma libelli sequestri in verb. *Sapiens vir,* nu.3. dicens: *Sed circa*
hoc quæritur de quotidiana quæstione, ecce est certum Titium possidere
fundum, super quo quæstio sibi mouetur, & timetur, ne partes ad rixam
perueniant, vel ad arma, aut scandalum aliud generetur, quæritur an
Iudex possit, vel debeat ad alterius partis suggestionem fundũ cum fru-
ctibus facere sequestrare sine præiudicio iuris vtriusque partis, videtur
quòd sic per l. si oleum, & l. æquissimum, præalleg. In contrarium deter-
73 *minat † Innocent. in d. cap. in præsentia, quam opinionem expressè tenet*
Baldus in d. l. 1. C. de prohibit. sequestr. dicens, quòd in isto casu Iudicis
74 *officium est præcipere † sub certa pœna parti, quæ non possidet, quòd non*
impediat possessorem in sua possessione, nec ipsum vllo modo turbare præ-
sumat, & pro hoc facit l. 1. ff. ne vis fiat ei, & l. pen. ff. de aqua quotid. &
æstiu. & l. 3. §. hoc autem, ff. de itiner. actuq. priuato, & fundatur hæc opi-
75 *nio iure, & æquitate, aliàs enim sequeretur absurdum, † quòd quilibet ex-*
cogitata malitia fingeret rixam imminere, & scandalum, vt eius aduer-
sarius priuaretur commoditate fructuum, & possessionis, vnde malitijs
hominum est obuiandum, vt in l. in fundo, ff. de rei vindicat. Nec obstat
76 *l. æquissimum, & l. si oleum, quia debent † intelligi, quando est dubium*
vter litigantium possideat. Hactenus Practica Papiensis. Gozadin.
cons. 10. ante nu. 42. & sub dicto nu. 42. vbi dicit: *Non obstat nonũ, quia*
77 *benè fateor, quòd propter timorem scandali, quis potest † auocare posses-*
sionem, quando dubitatur, quis possideat, vel possidere debeat; sed quando
78 *certum est, cui debeat dari possessio, tunc † est secus.* Et paulò infra: *Vbi*
79 *dicitur, quòd propter metum armorum non debet fieri sequestrum, † nec*
recedi à tramite iuris, nisi quando dubium est de possessione, præterea nõ
80 *est standum Iudici, † nec alteri asserenti timorem scandali.* Capic. decis.
96. ante nu. 11. loquens de Speculat. inquit: *Qui vult, quòd pendente*
lite super interdicto, vti possidetis, Iudex ob timorem armorum poterit
81 *procedere † ad sequestrandum, sed hoc non videtur obstare, nam, vt dixit*
Baldus in l. quidam existimauerunt, quem sequitur ibi Ias. in 3. colum. ad
82 *sequestrum nunquam deuenitur, † nisi quando neuter possidet, vel incer-*
83 *tum est, quis possideat; non enim potest etiam ob metum armorum † fieri*
sequestrum, altera parte stante in possessione. Marsil. singular. 543. *Ma-*
84 *leficijs, & delictis,* ibi, *Prædicta tamen intellige procedere, † & vera esse,*
quando neutra partium possideret, sed vtraque prætenderet possessionem
ad se spectare, sed secùs, si vna pars tantùm possideret, siue esset in pos-
85 *sessione, aliàs non, nam tunc Iudex non potest † ad se auocare possessionẽ,*
& prohibere partibus, vt non accedant ad possessionem, etiam si videret
partes peruenturas ad arma. Et paulò infra: *Item aduertas etiam, quòd*
quando neutra partium possidet, & dubitatur de scandalo futuro, vt dixi,

Iudex

86 Iudex potest † prohibere partibus ne accedant ad possessionem, hoc est
87 verum, sed primò debet † saltem summariè constare Iudici parte citata,
quòd sit timor armorum, & quòd scandalum oriri posset, nec crederetur
88 verbis Iudicis † asserentis ita esse, nisi constaret ex actis, aliàs si istis nõ
præcedentibus Iudex procederet ad inhibitionem possessionis, diceretur
89 processisse † de facto, & de facto deberet reuocari. Bertrand.consil.249.
nu.7.vol.9.fol.306.sic inquit: Bald.in d.l.1.voluit, quòd vbi constat Iu-
dici alterum possidere, non debet facere sequestrum, sed mandare aduer-
sario, ne possessorem turbet, & ita intelligit d.l.aquissimum; & si non ap-
paret quis possideat, debet summatim se informare, & tueri quem pos-
sessorem inuenerit, si quem repererit melius probantem eius possessionem.
Purpurat.cõs.43.sub nu.19.ibi: Nec obstat etiam clausula dicta l.aquis-
90 simum, quæ locum habet † quando duo concurrunt, Primò, quòd sit timor
scandali, de quo Iudex prius summatim sit informatus; Secundò, quòd nõ
constet Iudici alteram partem possidere, nam quando constat de possessio-
91 re, talem fouere deberet, † & alterum volentem accedere cum armis ad
rem, sua auctoritate compescere. Additionator ad Albericum in l. si cu-
ius, 15.§.si inter duos, in verb. & rixas, ff.de vsufruct. loquitur in hæc
92 verba: Tamen istud est verum, nisi † vnus probasset de possessione, alius
non. Benintend.decis.73.nu.3. Quòd sit timor armorum, & quòd scan-
93 dalum oriri possit, debet † de hoc prius saltem summariè constare Iudici,
94 quòd ita sit, & in hoc discutiendo requiritur † citatio, & præsentia par-
95 tis, cùm de eius præiudicio tractetur, nec creditur † verbis Iudicis asse-
rentis ita esse, nisi appareat ex actis; ideo, si sequestratio ex abrupto pro-
cederet, non seruatis prædictis de facto debet reuocari. Et infra: Quini-
mo dato, quòd Iudex videat partes processisse ad arma, & scandalum, non
96 debet † fieri sequestrum, nec recedi à tramite iuris, nisi quando est du-
bium de possessione; secùs verò, quando vnus possidet, alter non, nam si
neuter possidet, & vtraque pars prætendit ad se possessionem spectare, &
97 apparet de timore armorum, & de scandalo, potest † Iudex vtrique parti
inhibere, ne vadant ad possessionem; sin autem tantùm vnus possidet, Iu-
98 dex non potest, † etiam si timeretur, quòd partes veniant ad arma. Achil.
Personal.in tract.de adipiscend.possess.nu.38.ibi; Iudexq; sciat pericu-
lum esse, ne partes ad arma deueniãt, scandalaq; inter eos oriantur ob in-
formationes à Iudice susceptas tàm de verisimili timore scandali, citatis
99 partibus, vel non, prout mora periculum dictabit, habitaq; † incontinen-
ti informatione, quis horum duorum in possessione de præsenti sit, si pos-
sessio etiam asinaria esset, illum possessorem in ea manutenebit, præcipiẽ-
do sub pœna aduersario, ne in futurum dictum possessorem in dicta posses-
100 sione sua molestet, neque ad eam accedat, saluo semper, & reseruato † sibi
iure agendi ordinariè tàm in possessorio, quàm in petitorio, si aliquod ius
sibi competat. Et subdit nu.39. Et non eo Iudex casu ob armorum timorẽ
101 ad desperatum sequestrationis remedium deuenire debet, † cum posses-
sorem de præsenti in sua possessione conseruare teneatur altero aduersa-

rio illum in ea turbanti, præcipiēdò eo modo, vt supra dixi. Virgin. Boc-
cac. de interdict. vti possidet. nu. 21. scribit: *Sequestrū fit per Iudicem,*
102 *quando † est timor armorum, si neutra pars possidet apud officium Iudi-
cis ordinarij, inhibendo partibus, ne accedant ad illam;* & numeris se-
quentibus semper præsupponit non constare de aliquo vero posses-
sore, Matthæ. Colet. de processibus execut. cap. 2. par. 1. num. 137. &
138. fol. 51. vbi postquàm dixit permissum esse sequestrum, ne partes
deueniant ad arma, quando vtraque contendit possidere, subdit hæc
103 verbà: *Quod tamē intelligatur † procedere, si dubitatur vter possideat,
quando enim certum est vnum ex ijs possidere, alteri mandandum est,
ne ad possessionem prædij cōtrouersi accedat, donec lis iure decisa fuerit,
& ita cessat sequestratio, ne procedat cum iniuria possidentis, qui turba-*
104 *ri non debet*. vbi sub dicto nu. 137. loquitur † de loco iurisdictionali
contentioso; & eisdem verbis Colerij idem repetit Muta decis. 31. sub
nu. 38. qui legi debet per totum dictum num. 38. Viui. in verb. *Seque-
strum*, opin. 721. nu. 2. qui ita scribit: *Et hoc mirum nō est, quia si vnus*
105 *possidet, & alter non, sequestrum fieri non potest † per Iudicem, atq; in-
hibere vtrique parti minimè debet, ne vadant ad possessionem, etiam
quòd videat partes processuras ad arma, & scādala*. Borgnin. decis. 27.
nu. 45. part. 1. habet hæc verba: *Quia per istos arbitros non est expres-
sa aliqua causa, nisi bono pacis, & concordiæ, & ad euitanda scandala,*
106 *quæ non est bona, nec sufficiens causa, quando † constat de iure, aut pos-
sessione alterius*. vbi citat multos: & subdit; *Vbi dicunt etiam, quòd*
107 *bonus Iudex nunquam debet † auferre rem, & possessionem alterius,
quando sibi constat de possessione, etiam quòd partes venirent ad arma*.
Polidor. Rip. obseruat. 55. nu. 1. ita scribit: *Si agitur interdicto vti pos-
sidetis, quia quilibet aduersariorum prætendit se possidere; constat verò
Iudici, quis verè possideat, etiam si subsit armorū timor conseruanda est*
108 *possessio † apud possidentē, nec est locus sequestro*. Elbert. Leonin. lib. 6.
emendat. cap. 11. sic dicit: *Ex qua inferunt interpretes, quoties est quæ-
stio de possessione Iudicem vtriq; parti inhibere, ne fundū ingrediatur;
quod verum est, quando dubitatur vtra partium possessionem habeat;
nam si probetur vnius possessio, is in possessione relinquendus est, & al-
teri inhibendum, ne possessorem turbet*. Rota decis. 55. nu. 2. vers. & tā-
tò magis, part. 2. vltimar. Farinacij, quæ est etiam decis. 9. Ludouis. nu.
3. inquit: *Et tanto magis, quia non debebat officialis apponere seque-*
109 *strum, † vbi apparebat de possessione Monialium*. & ibi Beltramin. ad
Ludouis. nu. 17. inquit: *Quando constat de possessione certa alterius ex*
110 *collitigantibus, tunc † non est sequestranda possessio, sed danda manutē-
tio possessori*. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 6. membro 2. fol. 505.
nu. 19. loquitur his verbis: *Nota primò declarando totam praxim, quòd*
111 *ad hoc, vt Iudex possit † procedere ad sequestrum, debet sibi prius con-
stare de suspitione rixæ inter partes*. Et nu. 20. subdit: *Nota secundò,*
112 *quòd requiritur † etiam, vt Iudici non constet, quis contendentiū pos-*

sideat, aliàs si constaret quis eorum esset in possessione, deberet illum ma-
113 *nutenere*. Et nu. 21. ampliat: *Etiam si immineret † suspicio, ne partes*
114 *venirent ad arma, quia nec ad tollenda scandala potest † lite pendente*
fieri sequestrum. Et licèt secundum Lancellottum limitet, vt saltem
115 Iudex ex officio † hoc facere possit, tamen hæc opinio est solitaria, &
116 destruitur † ex latè superius adductis, quòd Iudex non potest interdi-
cere, ne quis vtatur iure suo, & quòd propter metum armorum non
debemus recedere à dispositione iuris, nec à tramite rationis; & si prę
tenditur à Superiori posse constringi armis legitimum possessorem
ad cedendum suæ possessioni cum iniuria, cur nõ adhibetur istud re-
mediũ in cohibendo, qui non possident? ne faciant iniuriam posses-
sori, prout facere tenetur: & omni in casu opinio Lancellotti, & Be-
117 roi citati ab eo, posset procedere † in terminis, in quibus loquuntur,
quando possessio auocatur pendente appellatione ab eo, qui fuit con-
demnatus, & appellauit, appellato prætendente facere executionem;
nam is, qui habet vnam sententiam contrariam, proculdubio minus
iuris videtur habere possessore certo, & legitimo, cui adhùc iudiciali-
118 ter nulla facta est controuersia, & adhùc dictæ opinioni † refragatur
decisio Afflicti 98. cuius quanta sit auctoritas, nemo non ignorat, &
119 deniq; constitutio Imperialis de hac sequestratione disponit, † quòd
possit fieri ex officio, & nihilominus, quando adest certus possessor
eam non habere locum, nunc subijcio.

Et in specie, quòd non sit locus huic sequestrationi, quando certũ
120 est, alterum esse in possessione, etiã stante constitutione † Imperiali,
& alijs similibus circa hanc sequestrationem rei litigiosæ, scripserunt
Colerus, de quo supra memini sub nu. 102. Gail. lib. 1. obseruat. 5. nu.
5. vbi inquit: *Habet autem ista constitutio Imperij tunc potissimum lo-*
121 *cum, † quando vterq; vult possessioni incumbere, seq; magis possidere*
contendit, nam si certum sit alteram partem possidere, & altera possidē-
122 *tem turbaret, tunc † Iudex mandatis pœnalibus, vel alijs competentibus*
remedijs vim fieri prohibebit, & possidentem in possessione sua tueri de-
bet, nemo enim ob contradictionem alterius indicta causa possessionem
123 *suam dimittere debet, † & hoc casu, quando vnus possidet, alter turbat,*
124 *non posset † fieri inhibitio. vel sequestratio, etiam si periculum armorũ*
subesset, quia fieret cum iniuria possidentis, & si ad falsa narrata facta
125 *sit † processus cassatur*. vbi citat opportuna iura, & auctoritates, & idē
in materia dictæ constitutionis probat ibi Greuen. in additionib. ad
Gail. vbi adducit in specie Fichard. cons. 81. nu. 6. Io: Bauman. de se-
questr. cap. 20. nu. 10. & 11. fol. 65. inquit: *Qua de causa in hoc poste-*
riore casu, si nimirum alteram partium possidere constet antedicti Im-
126 *perij constitutioni † de litigiosa possessione sequestranda nequaquam*
127 *locus erit, neq; possessori sua possessio sequestrari, † aut quòminus ea li-*
berè vtatur, fruatur, etiam si periculum armorum subesset inhiberi po-
terit, fieret enim id cum iniuria possidentis. Andr. Cludi. de sequestr.
cap.

128 cap. 5. num. 12. & 13. fol. 215. ita loquitur: *Sed hoc rursus † procedit, quando neuter ex litigatoribus possidet, & vterq; se possidere cõtendit,*
129 *secùs est, si constet quisnam ex ijs possideat, tũc enim cessat † sequestratio, & Iudex possessorem tueri, & mandatis pœnalibus prohibere debet, ne aduersarius ad possessionem iuris, aut prædij controuersi accedat, aut*
130 *possessori vim inferat, propter contradictionem enim partis † aduersæ ante sententiam nemo possessionem suam dimittere tenetur; imò etiam si hoc casu, quando de possessione constat periculum armorum subesset, attamen sequestratio cessare debet, nam cũ iniuria, & detrimento pos-*
131 *sidentis sequestratio fieret, & iniuriarum † occasio inde nasci non debet, vnde iura nasci solent.* & statim subijcit verba dictæ constitutionis Curt. Iun. super simili decreto consil. 207. per totum, vol. 3. quod consilium est etiam inter consilia Siluani cons. 27. num. 1. & 2. vol. 1. D. Cauagnol. ad decretum 77. Montisferrati, §. 1.

Et restringendo latè superius deducta, ad breuitatem pro faciliori
132 resolutione præsentis articuli videantur omninò † in specie Bald. cõsil. 244. vol. 3. cuius verba retuli supra sub nu. 42. & 43. Vvesembec. cons. 41. in secundo dubio, vbi sustinet vasallum successorem potuisse apprehẽdere possessionem auctoritate propria, nec illam posse sequestrari, Raudens. cons. 27. per totum, vol. 1. Curt. iun. dicto cons. 207. vol. 3. & Siluan. dicto cons. 27. vol. 1. quorum dicta non refero, quia debent integraliter videri.

133 Sequestrationi enim possessionis locus esse nequit, † nisi quando inter concertantes de ea, pares sunt probationes, secùs si præponderãt ex parte rei, Bald. in l. ab executore, 5. sub nu. 14. C. quor. appellat. nõ recipiant. Gratian. discept. forens. 202. nu. 15.

134 Præterea sequestratio, quando est permissa, fit † vt dictat etiam ipsamet constitutio Imperialis loquens de ea ad effectum cognoscendi, cui ex litigantibus possessio, vel quasi relaxanda sit, aut inhibenda.

135 Verba enim ipsius constitutionis † ex germano idiomate in latinũ traducta sunt hæc.

Si etiam in memorato priori casu inter partes, quæ immediatè Imperio subiacent, possessio, vel quasi, imò arma ex iusto dubia, ac periculosæ litis dilationis, aut tumultus futuri indicio timeantur, tunc Cameræ Iudices, & assessores poterunt, & debebunt ad instantiam partium, vel propria auctoritate ex officio possessionem sequestrare, vel etiam propter quasi possessionem loco sequestrationis vtrique parti demandare, vt illam deserant, ac sit statim, & summariè sine vllo iudiciali processu, vel alia vlteriori causæ dilatione cognoscere vtri parti possessio, vel quasi tradenda, aut inhibenda sit, vt ab ipsius possessorio plenario, vsque ad finalem extremi iuris exitum abstineat, quo facto neutrius partis inuasioni, aut possessioni in iure derogabitur.

Cùm igitur in casu isto iam constet cui tradenda esset, cessat prouisio ipsius constitutionis, & sequestrationis, si verò fieret donec peti-

torium terminaretur, repugnaret ipsi constitutioni, quæ vult cognosci de præsenti possessore, & quòd ille constituatur possessor, & maximum præiudicium pararetur prædicto possessori, priuando eum commodo possessionis, quod maximum est, §. retinendæ, Instit. de interdictis, Curt. iun. dicto cons. 201. nu. 11. cum seqq. quod consilium est etiam inter consilia Siluani sub eius nomine cons. 27. nu. 7. vbi Curt.
136 sub nu. 27. & Siluan. sub nu. 14. dicunt, quòd nō censentur † statuentes voluisse priuare possessorem hoc magno commodo, quod scripsit etiam D. Cauagnol. ad decret. 77. Montisferrati, §. 1., possidens enim
137 hoc ipso, quòd possidet, plus iuris † habet, quàm non possidens. l. 2. ff.
138 vti possidet. & multa possessoris commoda, † refert Tiraquel. de iur. primogen. quæst. 17. opin. 11. & Afflict. in cap. 1. nu. 23. & 24. de content. iter domin. & vasall. de inuestitur. feud. Io: Ant. Bellon. cōs. 45.
139 nu. 36. vbi dicit, quòd in feudo, si agnatus possidet, transfert † onus probandi in aduersarium, Surd. decis. 22. nu. 12. & cons. 407. num. 33.
140 vbi duodecim commoda † possessionis remissiuè indicat, & melius
141 est possidere, quàm petere, † Ioan. Cludi. inter consilia feudalia Bruni, cons. 122. nu. 4. & 15. vol. 1.

Et possessionis causa semper prius terminari debet, deinde proprie-
142 tatis, † dicto §. retinendæ, Instit. de interdict. l. ordinarij, 13. C. de rei vindicat. cap. 2. & ibi glos. vlt. de caus. possess. & propriet. Afflict. decis. 98. nu. 3. Negusant. quæst. 300. nu. 115. Ruger. cons. 13. num. 1. vol. 2. Papon. cons. 5. nu. 149. & 151. vbi hoc probat etiam verum es-
143 se † in materia feudali, Eugen. cons. 4. nu. 20. vol. 1. Reusner. cōs. 25. nu. 3. vol. 1. Prucman. cons. 21. nu. 109. vol. 1. Sacca cons. 236. nu. 1.

Vltimò, vbi constat de bono iure vasalli, vel saltem, quòd nō habet
144 probabilem difficultatem, tunc non est locus sequestrationi, † etiam in casibus, in quibus aliàs ex statuto possessio sequestranda foret, Afflict. in cap. 1. in secundo notabili, nu. 2. de controuersia inter masculum, & fœminam, & in cap. Imperialem, §. Illud quoque, sub num. 37. & 38. aliàs est sub nu. 15. de prohibit. feud. alienat. per Federicū, vbi dicit, quòd eo ipso, quòd constat feudum esse antiquum, & eum, qui
145 prætendit successionem esse fratrem, † non extantibus descendentibus non est locus dictæ sequestrationi; ergo pariter, quando feudum est antiquum, & constat successorem esse proximiorem, nam posses-
146 sio non potest auferri † è manibus eorum, qui se dominos ostendūt, Cabal. cons. 19. nu. 8. cū seqq. vol. 1. In casu autem isto, adeo clarum est ius Serenissimi Ducis Caroli, vt vniuersus orbis miretur de controuersia.

Et quòd si constat vasallum, seu successorem vasalli possidere bo-
147 na fide, non possit priuari sua possessione à domino, siue † contentio sit cum eo, siue cum alijs agnatis, est textus, quando controuersia est cum agnatis, in cap. 1. §. inter filiam, & quando est cum domino, in eodem cap. 1. §. defuncto milite, & vtrobiq; scribentes, si de feud. defunct.

sunt.contentio sit inter dominum, & agnatos vasalli, Bero.cons.73.
sub nu.39.vers.Vltimò si fieret controuersia,& nu.40.vol.1. Rosen-
148 tal.de feud.cap.10.q.41.nu.63.in fine, & dominus non potest † pri-
uare vasallum pendente lite etiam super cõmisso,cap.final.quo temp.
miles, Bursat.cons.49.nu.12.& 13.& cons.60.n.33. Rosent.de feud.
cap.7.quæst.60.sub nu.15.,vbi,quando vasallus facit controuersiam,
149 & se opponit,& resistit, quòd non liceat † domino eum priuare sine
150 sententia, & vasallus quando possidet, præsertim sine vitio, † dicitur
legitimus contradictor. idem Rosental.cap.7.quæst.52.per tot.maxi-
me sub nu.6. Imò etiam possessor cum vitio, & titulo iniusto remo-
151 ueri † non debet à sua possessione, nisi præcedere causæ cognitione,
cap.licèt Episcopus,28. vbi etiam glos.in verb.*te non vocato*, & Fran-
cus nu.3.de præbend.in sexto,Gulielm.Durand.vulgò Speculator,in
cap.licet Canon,13.sub nu.55.in fine,vers.Possessor autem,de elect.
in sexto,fol.48. Franc.Monald.cons.71.nu.6.vol.1.& cons.104.nu.
24.vol.2. Thoming.cons.30.nu.6.vol.1.Ruger.cons.15.nu.91. vol.
1., & facit benè text.in l.2.ff.vti possid. & multò minus, quando do-
152 minus,vel alius contradictor incontinenti non potest † probare de
iure suo,vt potè requirente altiorem indaginem, Schoner.de feud.li-
bro 1.disput.8.thesi 19.fol.229.Vvesembec.cons.41.nu.5.cum seqq.
153 Possessor enim debet manuteneri † in sua possessione, vel quasi. l.1.
§.interdictum autem,ff.vti possideris,§.retinẽdæ,Instit.de interdict.
Gund.Pap.quęst.552.sub nu.3.vers.Circa tertium,Socin.iun.consilio
146.nu.32.vol.1. Bero.cons.73. nu.40.vol.1. Sacca cons.211.nu.6.
vol.2.Intrigliol.decis.42.nu.1., nam quælibet possessio in dubio prę-
154 sumitur † iusta,Bart.in l.communi diuidundo,7.§.inter prædones,&
ibi Alex.in additionibus, ff.commun.diuidun. Crauet.cons.150. sub
nu.5. Schrader.cons.1.nu.585.& cons.4.nu.35. vbi,quòd etiam prę-
155 sumitur † bona fide acquisita,& cons.5.nu.79.cum seqq. Bimi.cons.
12.nu.20. volum.1.

Ideo, si qui,siue dominus, siue alij prætendunt aliquid in istis Du-
156 catibus,debent † debita via iuris procedere,per textum sæpè supra al-
legatum in dicta l.liberis,7.§.igitur,cum de hoc incertum est, ff.de li-
berali causa,aliàs de facto procedendo dicerentur facere violentiam,
157 & † inferre iniuriam ipsi D. Duci, & spoliare, cap.1. §.si verò vasal-
lus ibi,*malo ordine*,de milite vasall.qui contumax est, quem Afflictus
ibidem nu.74.aliàs est nu.18,ad hoc notat in hæc verba : *Quartode-
cimo nota ex textu ibi, malo ordine,quod dicitur dominus facere violẽ-
tiam,& iniuriam vasallo suo, quando ipsum spolias bonis suis feudali-
bus,& tunc dicitur dominus malo ordine intrare possessionem vasalli,
quando non seruato iuris ordine spoliauit vasallum de facto sine aliqua
sententia*. Papon.cons.5.nu.15. Rosental.de feud. cap.10. quæst.41.
158 nu.77.& 78.& 148., & hoc casu vasallus † potest possessionem suã
defendere,etiam cum armis.l.1.vbi glos. in verb. *moderatione*, & cæ-

teri

teri ſcribentes,C.vnde vi, cap.olim,12.vbi Abb.nu.5.de reſtitut.ſpo-
liator. cap.dilecto,6.de ſentent.excommunicat.in ſexto, Bald.conſil.
313.vol.3. Crauet.conſ.993.nu.20.vol.6. Minſinger.conſ.19.nu.1.
Andr.Kol.in tractatu de ſeruitijs feudalibus,par.4.ſub nu.70.fo.218.
Roſental.de feud.cap.10.quæſt.11.ſub nu.6. & quæſt.20. nu.23. cũ
ſeqq.& dicto cap.10.quæſt.26.in gloſ.rr.& quæſt.41.nu.149.Schrad.
de feud.in prima parte nonæ partis,cap.3.num.15.fol.324. & cap.4.
nu.61. & ſeqq. fol.352. & conſ.31., Bardellon. conſ.101.nu.43. &
facit etiam Roſental.dicto cap.10.quæſt.35.gloſ.bb. vbi,quòd,ſi ſub-
159 diti opprimuntur à domino,poſſunt † gerere bellum cum eo,nec re-
160 bellionis reatum incurrunt,& bellum licitum eſt † pro conſeruanda
re ſua, Albert.Brun.conſ.19.nu.2., & vaſallus, qui in auocatione, &
ſequeſtratione poſſeſſionis,quam vellet facere ſuperior, non vult eã
161 dimittere,niſi præuia cauſæ cognitione,non dicitur † indebitè cõtra-
dicere, Raudenſ.conſ.27.ſub nu.36.vol.1. ex Felino in cap.cauſam,
quæ,18.in verb.*Non obſtante*,ſub nu.19.de reſcriptis. & dicit Cache-
ran.conſ.64.ſub nu.15.quòd quis non dicitur inobediens,quando nõ
tenetur obedire, Roſental.cap.10.quæſt.35. nu.34.& quando domi-
nus de facto ſine cauſæ cognitione,& ſententia iniuſtè ſpoliat vaſal-
162 lum ſua poſſeſſione,amittit † ius ſuũ, Roſental.de feud.cap.10. quæſt.
23.ſub nu.11.& quæſt.41.ſub nu.148. & cap.11.quæſt.16.num.12.
Gozadin.conſ.9.nu.21.Minſinger.conſ.7.nu.26.decad.11.vol.2. &
163 tenetur lege feudali † reſtituere poſſeſſionem, Papon.conſ.5.nu.30.
& ante omnia vaſallus hoc caſu reſtitui debet, Roſental.cap.10.quę-
ſtion.41.ſub nu.64.

Et tantum abeſt, vt dominus poſſit priuare vaſallum ſua poſſeſſio-
164 ne,vt imò illam ei defendere teneatur † contra quemcunque alium
id tentantem,gloſ.penultima in verbo *fratrem*,in cap.1.§.final. & ibi
Afflict.nu.38.aliàs eſt nu.10.in tit Hic finitur lex.idem Afflict.per il-
lum text.in cap.1.nu.16.aliàs ſub num.12.de forma fidelitatis, Deci.
conſ.469.nu.4.Crauet.conſ.993.num.23.vol.6. Leonard.conſ.117.
nu.152.inter conſilia feudalia Bruni, Iacobin.in ſua inueſtitura feu-
dal.in verb.*Et promiſerunt*,nu.15.fol.70.Grat.conſ.10.nu.16.vol.1.
Andr.Kol.in tract.de ſeruitijs feudalibus par.2.num.12.& 126.folio
141. Marcell.de Maur.allegat.2.nu.18. Vulte.de feud.lib.1.cap.10.
165 nu.37.fol.589., etiam mouendo,& faciendo bellum † extra Regnũ,
Afflict.in dicto cap.1.§.final.ſub nu.38.aliàs ſub nu.10.in titulo Hic
finitur lex.

Non obſtant quæ ex aduerſo deducuntur pro inſinuanda iuſtitia
huius ſequeſtrationis ab exemplis,& ſolito (vt enim iam fuit oſten-
ſum de iure non intrat, ex quo adeſt certus poſſeſſor,) quæ exem-
pla adducta ſunt duplicis generis,multa quidem in caſibus prætenſa-
rum deuolutionum ob lineam finitam, in quibus fuit auocata poſſeſ-
166 ſio † à dominis directis,nullo iuris ordine auctoritate propria,de qui-
bus

bus per Raudens. decis. 42. in tertia parte nu. 70. fol. 513.

167 Nam, vltra quod exemplis non est iudicandum, † l. nemo, 13. C. de sentent. & interlocutionibus omn. iudicum, glos. 1. in cap. Monoma-
168 chiam, 19. 2. quæst. 5. nam sæpè defficiunt † in aliqua circumstantia, & non conueniunt omninò, vt aduertit Corduba in suis quæstionib⁹ Theologicis tom. 2. lib. 4. quæst. 5. versic. ad capitulum translato, folio
169 301. col. 1. *Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda † est*, inquit text. in cap. sana, 11. distinct. 9. Dico, quòd exempla prædicta non faciunt ad rem, quia obseruata fuerunt in casibus prætensarum deuolutionum ob lineam finitam, quo in casu an liceat propria auctoritate sine causæ cognitione expellere possessorem, nunc non disputo, quia non facit ad casum nostrum, in quo adsunt plusquàm triginta, qui sũt de comprehensis in inuestituris Ducatus Mantuæ, & Sacra Maiestas Cæsarea non prætendit hanc deuolutionem; de qua re, an deuoluto feudo per lineam finitam, liceat auctoritate propria sine via iuris capere possessionem, agit Rosent. de feud. cap. 10. quæst. 41. nu. 43. cum seqq. & nu. 65. & sub nu. 76. & sub nu. 84., vnde quæstio remanet in-
170 ter duos agnatos vltimi defuncti, quo casu manutenendum esse † in possessione possessorem, est textus in cap. 1. §. inter filiam, si de feud. fuerit contentio, de quo dixi supra nu. 147., sed auocatio in præsenti controuersia est alia de causa, nempè ob timorem armorum multum diuersa ab exemplis prædictis.

Alia verò exempla sunt in materia propria auocationis possessio-
171 nis ad euitanda scandala, & rixas, quod frequenter obseruari † in Camera Imperiali, tradit Minsinger. centur. 2. obseruat. 96.

Verùm, cum omnes Germani celebres Doctores, quos adduxi nu. 120. dicant constitutionem illam Imperialem, cuius vigore fiunt si-
172 miles sequestrationes, locum non habere † quando adest certus possessor, prout etiam hoc dictant illius verba, ibi: *Et possessio iustis ex causis sit dubia*, quæ ita traducit ex germano idiomate in latinũ, Gail. lib. 1. obseruat. 5. sub nu. 5., & sic, vbi non adest certus possessor, quia tunc possessio non potest esse dubia, credendum, & dicendum est, exempla illa, & obseruãtiam huius sequestrationis fuisse practicatam in casibus dubij possessoris, non autem certi.

Et non affertur vllum exemplum similis sequestrationis, in quo adfuisset certus possessor, sed tantùm vnicum illud de sequestratione
173 facta † de Statu Montisferrati à Carolo Quinto gloriosæ memoriæ per mortem Io: Georgij vltimi masculi domus Paleologæ; quę sequestratio licèt non negetur, & sit notoria, non tamen facit ad propositũ,
174 quia nemo erat † certus possessor, & multi contendebant de posses-sione: & sicuti certum est Ducem Sabaudię, & Marchionem Salutia-
175 rum tunc † non fuisse possessores, ita etiam constat, nec Margaritam,
176 nec Federicum iugales possedisse, † vt ex multis, qui tunc scripserunt in ea causa colligitur. Hieronymus enim Lucensis, qui fecit infor-

matio-

mationes in ea impressas, in illa informatione pro ipsis iugalibus, incipiente *Ioannes Paleologus*, cui multum contulisset, quòd ipsi possedissent, nihilominus contrarium supponit ibi: *Quibus Dux, & Ducissa*
177 *volentibus † accedere ad tenutam, vt licebat, stante maximè, quòd Illustrissima D. Margarita adiuit hæreditatem patrui, cum beneficio legis, & inuentarij, & ambo erant inuestiti, Cæsar ad euitanda scandala possessionem Marchiæ ad se auocauit*, & sic non ipsis possidentibus, sed dum vellent accedere ad accipiendam possessionem.

178 Idem admisit Parisius, † qui pro ipsa Margarita Paleologa scripsit in cons. 22. nu. 63. vol. 1. quod inter consilia Montisferrati est cons. 4. nu. 71., inquit ipse: *Et quoniam Serenissimus Imperator suas inuestituras solitus est verbo tantùm facere, & sine aliquo corporeo signo eas concedere, illa sola verbalis absq; signo dictam facultatem, & licentiam apprehendendi possessionem propria auctoritate proculdubio tribuit, & dedit, & quamuis ipsi Illustrissimi Iugales dictam facultatem habeant, & fuerint consequuti, tamen ob magnam reuerentiam, quam erga Cæsarem habuerunt, & habent, id minimè exequi curarunt, sed vrbanius se gerentes auctore Cæsare, & illo mandante eam consequi volunt, &*
179 *prætendunt*. Idem supponit † Gozadin. cons. 7. sub nu. 19. & 20. quod est inter consilia Montisferrati cons. 3. nu. 29. & omnes, qui pro ipsa
180 Margarita scripserunt, dùm contendunt illam immittendam † esse in possessionem, & hoc idem declarat sententia Caroli Quinti, quæ di-
181 cit: † *Prædictos Duces Mantuæ immittendos esse in possessionem dictorum locorum, bonorum, & Castrorum, & totius Marchiæ.* si enim possedissent dixissent manutenendos esse in possessione. Et hoc minus credibile est, quia Casalenses faciebant tunc controuersiam, & defendebant ius ciuitatis, tanquàm particulare contra ipsos iugales, vt diligenter recenset Iacob. August. Thuan. in primo tomo suarum historiarum lib. 39. fol. 823. col. 2. & 824. col. 1.

182 Idem testatus est † dictus Iacobus August. Thuanus lib. 1. suarũ historiar. fol. 21. col. 2. dùm scribit tres contẽdisse dictam possessionem quando Carolus Quintus eam auocauit, ibi: *Addidit, & nouum beneficium*, loquitur de Carolo Quinto erga Federicum, & Margaritam Duces Mantuæ, *Nam cum Ioannes Georgius Paleologus, qui Bonifacio Montisferrati Marchioni Vilelmi fratris filio successerat, paulò ante sine liberis decessisset, & Fridericus, qui Margaritam Bonifacij sororẽ vxorem duxerat, hæreditatem adire vellet, contra Sabaudo, & Salutiarum Principe tendentibus, Cæsar oppida, & arces imposito præsidio sequestris iure occupauit, & postea tradita possessione secundum Fridericum pronunciauit.*

Non obstat etiam, quòd saltem debeat fieri hæc sequestratio ex eo,
183 quòd agitur de fortalitijs, † & locis munitis, in quibus si contingeret Serenissimum Ducem Carolum succumbere, valdè difficilis postea esset executio, & nõ sine magno discrimine posset haberi iustitiæ imple-

plementum, & redderetur elusoria terminatio Cæsareæ Maiestatis, ex his, quæ tradunt Doctores, quòd spoliatus non est ante omnia re-
184 stituendus, † quando agitur de similibus fortalitijs; quia si in petitorio postea contingeret illum condemnari ad restitutionem, valde difficilis, & periculosa esset executio, vt per Paulum de Castro in l. 2. in fine, vbi Curt. in additionib. ad eum in verbo *scandalum*, & ibi Ias. sub nu. 1. vers. Item & hoc est, quod volo te multum notare, C. de edicto Diui Adrian. tollend., Alex. in l. naturaliter, 12. §. nihil commune, nu. 21. & ibidem Ripa nu. 75. ff. de acquir. possess. Afflict. in constit. Regni incipiente *violentias*, lib. 1. rubrica 24. sub nu. 58. versic. Tertius est casus, fol. 120. cum alijs apud Menochium de recuperanda possessione, remedio 1. num. 309.

Quia respondetur ex hoc ipso, quòd agatur de locis munitis non esse faciendam hanc sequestrationem, ne, vbi sequeretur sententia fauorabilis Dño Duci Carolo, sicuti ex bono eius iure aliter ferri non posset, redderetur illi difficilis recuperatio ex assertis prætensionibus, quæ ab aliquibus euulgantur, ipsius Imperatoris, propter bella, in quibus interuenerunt ipse D. Dux Carolus, & eius pater, quo casu, quan-
185 do est clarum ius possessoris, non debet fieri † hæc sequestratio, nec ēt in locis munitis, vt per Gozad. cons. 7. sub nu. 22. & dixi sup. nu. 144.

Secundò, quia ex armis potentiorum nunc imminentibus ad eius
186 damnum, iustam causam habet † timendi de valde nedùm difficili, sed etiam impossibili recuperatione.

Tertiò, quia Imperator, iunctis armis Hyspanorum, & Sabaudiæ,
187 quæ nunc mouentur, multò potentior est † in cogendo D. Ducem ad parendum, si condemnabitur, cùm etiam id in præsentiarum facere prætendant, quàm ipse D. Dux in recuperando, si absoluetur, &
188 hanc maiorem potentiam † considerat Gozadin. cons. 7. sub nu. 22. & Menoc. cons. 104. nu. 76.

Quartò respondeo, & ad hoc aduertatur, quia est mera veritas, q. Doctores, qui agunt de hac difficultate recuperationis in istis fortali-
189 tijs, loquuntur † ad fauorem possessoris, ne ipse vtcunq; esset spoliator teneatur ad restitutionem, quoties difficilis esset recuperatio, si obtineret in petitorio; sed nunquam dixerunt, quòd vbi futura esset difficilis executio, si possessor cōdemnaretur, ipse debeat priuari possessione, quia cùm difficultas possit timeri ab vtraq; parte, melior debet esse conditio possidentis, & in specie, quòd is, qui aliàs deberet immitti in possessionem ex remedio l. finalis, C. de edict. Diui Adria-
190 ni tollend. non audiatur, † quando agnati sunt in possessione bonorum feudalium, quorum difficilis esset recuperatio, scribit Bursat. cōsil. 129. nu. 59., & de eo, qui petit executionem sententiæ, quam pos-
191 sessor impugnat, quòd non debeat audiri † si possessor potest pati difficultatem in recuperatione, Caroti. de remedi. contra sentent. preiudic. except. 47. sub nu. 37.

N Quin-

192 Quintò, & vltimò, huic motiuo satisfaciunt † hi, qui scripserũt pro Margarita, & Federico Ducibus Mantuæ pro Statu Montisferrati, nempè Roland.conf.1. ante nu.77. vers. Ad septimum respondetur, Gozadin.conf.7.nu.22. Paris.conf.22.nu.100.cum seqq. vol.1. quos sequuntur Menoch.de recuper.possess. num.314. cum seqq. vbi dat
193 tres responsiones † ex mente ipsorum, Bursat.dicto conf.129. nu.59. Caroti.de remed.contra præiudiciales sententias, dicta except.47.sub nu.37. Cephal.conf.301. nu.56.

ARTICVLVS SEXTVS.

AN Sacra Cæsarea Maiestas teneatur inuestire de Ducatibus Mantuæ, & Montisferrati D. Ducem Carolum, non obstante, quòd adessent aliqui prætensores, vel Imperator prætenderet aliquam culpam, ab eo, vel patre commissam.

INVESTITVRA petita nomine Serenissimi Ducis Caroli à Cæsarea Maiestate de Ducatibus Mantuæ, & Montisferrati, venit illi concedenda saltem saluo iure cuiuscunq;
1 tertij, quod et semper subintelligitur reseruatũ † in omnibus inuestituris, cap.1.in princip.ibi, *sed de iusta tantùm*, per quos fiat inuestitur. Afflict.in cap.1. §.si quis inuestierit, num.74. aliàs est sub nu.22.de feud.in uicem leg.commissor.dat. Deci.consilio 468. nu.26. Natt.conf.509. nu.7. Schrader.de feud.part.5. cap.2.nu. 47., & hoc non obstante asserta extraiudiciali controuersia, siue illa fiat ab ipso Sacratissimo Imperatore vti domino directi, siue ab agnatis.
2 Sicuti enim tenetur † vasallus, seu agnatus per mortem domini, vel præcessoris inuestiti renouare inuestituram à domino directi infra annum, & diem, si est paganus, aliàs priuatur feudo, cap.1.in princip.quæ fuit prim.caus. benefic.amittend. cap.1.pariter in princip. de capitul. Conradi, cap.Imperialem, §.præterea si quis infeudatus, de prohibita feud.alienat.per Federicum, Rosental.post alios de feud.cap.6.quæst. 30.nu.1. Cancer.variar.resolut.tit.de feudis nu.66. tom.1. Viui. decis. 519.sub nu.21. Minsinger.obseruat.9.nu.1.cent.5.
3 Si verò est miles, dictam inuestituram tenetur † renouare infra annum, & mẽsem, cap.1.in princip.quo tempor.miles, Rosental.d.cap.6. quæst.30.nu.7.Cancer.loco superius citato, Viui. d.decis.519. sub nu. 21.Minsinger.d.obseruat.9.nu.1.centur.5.; nisi aliqua legitima causa

4 excusetur,† & sine dolo id omiserit,cap.1.§.final.de ꝓhibit. feud.alienat.per Lothatium,d.cap.1.in princip.quo tempore miles.

5 Ita è conuerso,dominus infra dictum tempus † tenetur ipsum vasallum,seu agnatū successorem inuestire, Isernia in cap. Imperialē, §. insuper,nu.60.de prohibit.feud.alienat.per Federicum,Afflict. in cap.1. §.final.nu.15.aliàs est nu.9.per quos fiat inuestitur. Rosental.de feud. cap.6.quæst.60.nu.6. Io:Andr.Georg.alleg.12.sub nu.15. vers.& dominus tenetur,&c.Thoming.cons.17. nu.37.vol.1.& alij statim alle-
6 gandi; aliàs,& ipse dominus directi priuatur † ꝓprietate, si hoc differat sine causa,glos.in cap.1.§.final.in verbo *à fidelitate*,versic. *Quid ergo si dominus non faciat*,& ibi Iacob.de Beluis.propè finem, vers.Item si per dominum stet,vbi Liparul.in addition.ad eū in verb.*proprietate*, Bald. nu.6. Aluarot.nu.5.in principio dicti numeri,& sub dicto numero, versic.Sed interdum vasallus,Martin.Laudens.nu.10. Afflict.nu.15. aliàs est nu.9. & Petr.de Rauenna versic.Nota etiam glosam fol.110. per quos fiat inuestitur. Isern.in cap.1.nu.9.de leg.Conrad. & ibi Paris de Puteo in compendio ad ipsum Iserniam in vna impressione folio 406. col.2.in fine,in alia verò fol.222.col.1.circa medium, idem Isernia in cap.1 sub nu.10.vers.Attendendū est etiam,quo tempor.miles,Schrader.cons.33.sub nu.21.versic.Ideoq; sicut vasallus,vol.2. Rosental.de feud.cap.6.quæst.6.nu.5.vbi de communi in glos.F. licèt in glos.I. re-
7 ferat nonnullos,† qui respectu priuationis nō consentiant, dummodò dominus non deneget successorem esse vasallum,& illum spoliet; sed,
8 vt dixi,communis opinio † est in contrarium,quod priuetur sicuti priuatur vasallus, de hoc tamen nunc non agimus, sed tantùm,an tenea-
9 tur inuestire: *Tenetur enim ipse dominus † vicem reddere vasallo de ijs, in quibus vasallus ei tenetur*,vt inquit glos.1.in cap.vnico,qualiter domin.proprietat.feud.priuet.

Quod adeò verum est,vt etiam si dominus exciperet contra vasallū, quod esset incapax,vel inhabilis,vel quòd commisisset aliquam culpā,
10 propter quam prætenderet eum cecidisse à iure suo, adhuc † teneatur illum inuestire,& constituere possessorem, vbi non esset in possessione,si exceptio requirat altiorem indaginem, reseruato sibi iure,quòd habet super prætensa incapacitate,vel culpa ex post in iudicio ordinario cognoscendo,cap.1.ibi,*vt illū prius de suo recto feudo inuestiri faciant*,de cōtrouers.inter vasallum,& Episcopum, vbi Isern.hoc notat, & Bald.in summario,cap.1.in princ.ibi: *Si verò fuerit in possessione, & mota fuerit ei controuersia à domino,ei defensio detur propter possessionē*, si de inuestit.feu.controuers.fuerit. Idem tradunt Isernia post glos.in verb.*dominum offenderit*,in cap. Imperialem, in §.insuper, sub nu. 60. vers.si verò differt dominus,vbi etiam Iacob.de Beluis.vers.vel dic,aut dominus paratus est,Bald.sub nu.3.vbi dicit,quòd si felonia est inuisi-
11 bilis,† & requirit altiorem indaginem, vasallus debet inuestiri, quia
12 hæc petitio sapit † possessorium confirmandæ possessionis, non autem

petitoriū,in quo proceditur summatim, & quòd in summatijs ea,quæ
13 requirunt altiorem indaginem non impediunt † processum,sed debet reseruari in processu ordinario, Aluarot.sub nu.4.sub vers. Et prædicta sunt. Afflict.sub nu.34.aliàs est sub nu.14. Laudens.sub nu.1. Præposit.col.2.sub versic.Hoc præmisso,Petr.de Rauenna, versic.& in hanc quæstionem,de prohibit.feud.alienat.per Federicum,Afflict.in cap.1, sub nu.3.aliàs sub nu.2.de controuers.inter masculum, & fœminam, vbi habet hæc formalia verba: *Nota,quòd si filius viuo patre commisit feloniam,& mortuo patre petat inuestituram,& obijcitur ei de felonia,*
14 *quod si hoc requirat altiorem indaginem, debet † filius inuestiri, quia petitio inuestituræ sapit possessorium potius adipiscendæ,vel confirman-*
15 *dæ possessionis,† quàm petitorium.* idem Afflict.in constitution. Regni incipiente *violentias*,num.55.lib.1.rubr.24.fol.120.Rosental.cap.10. quæst.40.sub nu.9.Roland.cons.1.sub nu.74.in fine, & nu.75. vol.1. Rosental.de feud.cap.6.quæst.8.sub nu.5.& 6.vbi in glos.F.in specie,
16 quando obijcitur † felonia patris defuncti vasallo petenti dicit reseruata hac exceptione dominum fuisse compulsum ad inuestiendum,& tali casu aliquando in Camera Imperiali iudicatum fuisse cōtra dominum.& cap.10.quæst.40.nu.4.& sub num.5.cum seqq.& sub num.9., Schoner.de feud.lib.1.disputat.5.thesi 139.fol.142.Rouiti.cons.1.nu. 44.,vbi, quòd feloniæ exceptio, nisi constet in promptu non retardat possessionem eius, qui ad feudi successionem vocatur. Et est plenum consilium Schrader.33. vol.2.

Idem,si opponeretur vasallo,quòd esset inhabilis, vel imperfectus;
17 non esse retardandam † inuestituram,vbi exceptio requirit altiorem indaginem,scribit Rosental.de feud.cap.10. quæst.1. nu.8.in fine, & quæst.40.nu.4.& 5.& quæst.41. sub nu.41. Schoner.de feudis lib. 1. disput.8.thesi 19.fol.229.& ante eos Afflict.in constit.Regni incipiēte Violentias,nu.54.tom.1. fol.120. col.1.

18 Et quòd huiusmodi exceptio incapacitatis reseruetur,† & non admittatur in iudicio summario,quale dixi nu.12.& 15.esse istud petitionis inuestituræ, tradunt Menoch. de adipiscend.possess.remed. 4. sub nu.759.circa finem,Peregrin.de fideicommiss. artic.48.sub num. 29. Gratian.disceptat.forens.264. nu.40.

19 Et licet is,qui petit renouationem inuestituræ † debeat probare se esse de comprehēsis, & talem,quòd admitti debeat ad petitam inuestituram,Iserni.in cap.1.§.sancimus,sub nu.10. versic. Hæc positio nimis est dura.& ibi Liparul.in additionibus ad eum in verbo *si est filius*, & Afflict.sub nu.8.aliàs est sub nu.3.quo tēpore miles, idē Afflict.in c. 1. §.finali,nu.15.aliàs est nu.9.& ibi Petr.de Rauenna vers. Oportet tamen,fol.110.per quos fiat inuestit. Loffred.in paraphrasi feud. ad dictum titulum quo tempore miles,fol. 18.col.4. in fine in impressione Veneta anni 1572., idem Isernia in cap.1.§.nulla,sub num.18.versic. Item dicit,quòd sufficit,per quos fiat inuestit. Gail.lib.2.obser.149.n.1.

Tamen

20 Tamen sufficit,† vel petentem esse in quasi possessione filiationis,
vel esse notorium,quòd sit filius eius,qui erat de comprehensis, vt per
Iserniam in dicto cap.1.§.sancimus,sub nu.10. & ibi Afflict.sub nu.8.
aliàs sub nu.3.quo tempore miles,& alij citati numero præcedēti,quo-
rum vtrunque constat in casu isto,nam pro tali admittitur ab aduersa-
rijs in sua arbore genealogiæ publicata,& per exhibitionem inuestitu-
21 rarum statim probare † potest Dux Carolus suam intentionem,vt ex
Paciano de probat.lib.2.cap.35.num.11.& 64. & Thoming.cons.10.
nu.70.vol.1.dixi in quarto articulo nu.10. & tradit Rosental.de feud.
cap.6.quæst.69.nu.8.9.& 10.& melius cap.8.quæst.33.nu.16.& 17.
vbi dicit,quòd visa inuestitura proxima antecessoris vasallus in iure
22 suo manutenendus est,† nec potest,nec debet disputari de iure vasal-
23 li,etiam quòd non ostendantur † anteriores inuestituræ,& quòd non
24 multum ante vidit ità iudicatum † in Camera Imperiali : & idem Ro-
sental.dicto cap.6.quæst.60.sub nu.2. inquit, quòd petenti inuestiturā
25 sufficit † ostendere se esse de comprehensis,licèt nō doceat se esse pro-
ximiorem vltimo defuncto,si nemo proximior appareat,provt hìc nō
apparet aliquem esse proximiorem vltimo Duci mortuo, imò certum
est nullum adesse ei proximiorem.

Nec impedimento esse potest, quod obijcitur ab aduersantibus,Se-
renissimum Ducem Carolum,& D. Ducem Ludouicum eius patrem
26 militasse † cōtra Imperatores,& ob id priuatos fuisse ipso iure hac suc-
cessione,& deuolutam esse ad proximiores in gradu, quia in sequenti
articulo ostendam obiectum istud adeò lubricum esse, vt non possit
cōsistere. Licèt enim in fine tertij articuli promiserim me de hoc obie-
cto dicturum in præsenti articulo ; tamen,quia ex post vidi magnum in
eo fieri fundamentum,& plusquàm par est,& quàm patiatur reueren-
tia debita istis Principibus, & memoriæ Ducis Ludouici viris fortibus,
generosis, & inuiolatæ semper fidei, qui numquam degenerarunt ab
27 antiquo huius familiæ insigni † Montis Olimpi cum titulo FIDES,
cuius cacumen se supra nubes extollit,vbi radij Solis nunquàm nubi-
28 bus offuscantur,† & sacrorum cineres litterarum caracteribus signati
semper inuiolati manent,nec ventis, pluuia, vel auibus turbantur, seù
obliterantur,& qui semper potuerunt honestè, & dignè stare coram
quocunque mortalium, quidquid inuidiosè,& minus modestè ex ad-
uerso asseratur, deliberaui de hoc scribere particularem quæstionem,
quæ erit articulus sequens, & pro nunc negantur asserta,provt asserū-
tur,& præcipuè effutita de hoc notorietas. Nobis enim ignotum est,&
nunquam audiuimus eos militasse contra aliquem Imperatorem,& ni-
29 hilominus,qui hoc dicit † tenetur probare,cap.1.in princ.ibi: *si ex cul-
pis ijs,vel causis conuictus non fuerit*,de feud.sine culpa non amittēdo,
cap.1. versic. *si quis enim dixerit*, in quibus causis feudum amittatur,
cap.1.§.vasallus,*il primo*,si de feud.defunct.fuerit contentio, Rosent.
de feud.cap.12. quęst.19. nu.1. Schrader.in simili.tract.part.2. nonæ

partis,

30 partis,sect.13.nu.1. etiam si esset Papa, vel Imperator † qui hoc asse-reret,Cardinal.cons.128. Deci.cons.410.nu.10.& cons.445.nu.59.& cons.606.ante nu.5.& sub nu.6. Schrader.loco superius proximè cita-to,nu.5. Vulte.de feud.lib.1.cap.11.nu.55. fol.726. & in cons.22.nu. 17.vol.1.diuersor. Achad.Marpurg., Rosental.cap.10. quæst.11. nu. 18.Bursat.de veriori,& communiori,cons.225.nu.90.Pacian.cons.37. nu.22. quod adeò verum est non credi in hoc Papæ,vel Imperatori,vt
31 nec etiam talis assertio faciat † præsumptionem,quando agitur de au-ferendo iure tertij quæsito de iure gentium, Crauet.cons.135. sub nu.
34. 42. Cabal.cons.95.num.21.vol.2., & debet probari † manifestè per quinque testes summæ,atq; integræ opinionis,cap.vnico, in fine, quot testes sint necessar. ad proband.feud. ingratitud. Menoch.cons. 101. nu.47.Decian.cons.23.nu.22.vol.1. Mascard.de probat.conclus.761. Rosental.cap.12.quæst.19.nu.4.in fine, Schrader.dicta part.2. nonæ
33 partis principalis,nu.10., vel per confessionē † eius,qui commisit cul-pam,Schrader.loco prædicto nu.62.vbi nu.90.subdit probari non pos-
34 se,† nec etiam per scripturam,& quam difficilis sit probatio huiusmo-
35 di criminum † satis constat ex adductis per Schrad.d.part.2.nonę par-tis principalis,sect.13.& per Rosental. cap.12. quæst.19. Ita quòd ne-gari non possit,quin hæc exceptio requirat altiorem indaginem,maxi-mè quia agitur de asserta culpa multum antiqua,de qua nullus Impera-tor,qui prętenditur offensus,vnquam conquestus fuit; cùm tamen pri-
36 uatio etiam,quæ inducitur ipso iure,nunquam incurratur,† nisi volen-te,& declarante domino,Iason.cons.107.num.8.vol.4.Ruin.cons.70. nu.5.vol.5. Deci.in cons.184.aliàs est 185.incip.In causa istorum no-bilium,nu.11.Rosental.de feud.cap.2.quæst.18.glos.C. & cap.9. q.2. nu.10.& cap.10.quæst.40.sub nu.41.pluries,& sub nu.42.& 47., qui Duces Ludouicus,& Carolus,cum essent personæ conspicuæ,& multū benè notæ,non potuissent ignorari ab Imperatore,si contra aliquem militassent, & agitur de culpa, quæ imputatur defuncto, & quæ pro-ponitur sub successore offensi, & multæ aliæ adsunt replicationes de-struentes hoc obiectum,de quibus dicam in sequenti articulo: Sufficit autem pro nunc,vt præmonui, exceptionem requirere altiorem inda-ginem,quia ex ea non retardatur inuestitura ipsi vasallo,vt luculenter superius probaui.

Et vbi ex huiusmodi culpa,quæ impingitur,induceretur priuatio ip-
37 so iure,tamen non perditur † possessio,& ideo opus est deducere iudi-cialiter ipsam culpam coram Iudicibus competentibus, & debet sequi declaratoria,non autem de facto potest priuari vasallus possessor, Iser-nia in cap.1.sub nu.5.& ibi notat Afflict.per illū textum in primo no-tabili,sub nu.3.aliàs est sub num.2. de feud.sine culpa non amittendo. Idem Afflict.in cap.1.§.item si fidelis,nu.71.& 72.aliàs est nu.34. qui-bus mod.feud.amittat. Sacca cons.1.nu.38.volum.1.Rosental.cap.10. quæst.41. nu.124.

Si

Si verò in petitione huius inuestituræ controuersia fiat à tertio, non
autem à domino, adhuc non debet, nec potest retardari illius conces-
sio, saltem cum clausula reseruatoria iuris cuiuscunq; tertij, quia (vt di-
xi supra sub nu.12. & 15.) iudicium petitionis inuestituræ est summa-
rium, & in eo non requiritur libellus, vt dicunt doctores ibi adducti:
Propterea, cùm constet de proximitate Ducis Caroli, & eum esse de
comprehensis, vt ex inuestituris, quarum etiam exhibitio vltimæ tan-
38 tùm sufficit † ad obtinendam renouationem, vt dixi supra num.23. ex
Rosentalo cap.8. quæst.33. nu.16. & 17., non potest impediri hæc re-
nouatio inuestituræ per oppositionem, quæ nedùm requirat iudicium
ordinarium, sed etiam altiorem indaginem: & tamen (vt dicebam ex
Baldo, & Afflicto citatis dicto nu.12. & 15. & Rolando cons.1. sub nu.
39 75. vol.1.) vera regula est † in summarijs, ea, quæ requirunt altiorem
indaginem, nō impedire processum, sed reseruari in iudicio ordinario,
& cùm reperiatur in possessione horum Ducatuum, & in quasi posses-
sione vasallagij, quam dari de vasallagio dixi in quarto articulo num.
65., in ea manuteneri debet, nec debet turbari retardando inuestiturā,
Bero.cons.74.nu.40.vol.1. Valenzol.cons.97.nu.223. & 224., & in
specie hoc determinare videtur Afflict. in cap.1. sub nu.41. aliàs est sub
nu.26. in tit. an agnatus, vel filius, vbi ex Isernia inquit, quòd antequàm
fiat inuestitura, quæ dicitur cōfirmatio, & sic renouatio ipsi filio, opor-
40 tet, † quòd probet matrimonium, & quòd fuerit tractatus, & reputatus
vti filius: & si de hoc sit quæstio (quæ non est in casu isto) non fit in-
uestitura, & sequestratur feudum. Subdit tamen, quòd si filius est in
41 possessione, non est turbandus, † quia & prædo manutenendus est in
sua possessione: Ex cuius doctrina duo resultant; Alterū, quòd si succes-
42 sor possideat, non est facienda † sequestratio, prout etiam latè firmaui
43 in quinto articulo; Alterum, quòd ei non sit retardanda † inuestitura,
quia quæstio, quam ibi proponit Afflictus, est in filio petente inuestitu-
ram, cui fit controuersia, & resoluit, quòd si est in possessione non de-
44 bet turbari; & certè dicitur turbari, † si ei denegatur inuestitura, quia
tunc priuaretur quasi possessione vasallagi, quod voluit etiam idem
Afflict. in cap. sancimus, sub nu.8. aliàs est sub nu.3. quo tempore mi-
45 les, dum dixit, quòd si successor est in possessione, vel quasi, † transfert
onus probandi in aduersarium. Idem scribit Rosent.cap.8. quæst.33.
46 sub nu.17., vbi, quòd exhibita inuestitura per successorem, † non po-
test, nec debet ei moueri controuersia de eius iure, sed debet inuestiri,
& manuteneri in ipso iure suo, donec iudicio ordinario conuincatur.

Et benè faciunt in proposito Natt.cons.509. per totum, & Paseth.
47 cons.53. sub nu.2. & 3. vbi responderunt, quòd dominus † non potest
denegare inuestituram vasallo sub prætextu, quòd non fuerint citati
illi, de quorum interesse agi posset, quia dicunt ipsi, per dictam conces-
sionem eis in nihilo præiudicari, cùm semper intelligatur reseruatum
ius tertij, & multò minus si explicitè concederetur saluis iuribus in

iudicio

iudicio ordinario deducendis, non retardato hoc summario.

48 Quibus autem remedijs cogi possit † dominus directi ad inuestiendum vasallum, tradit Rittershusius in suis partitionibus feudalibus, capit. 9. nu. 5. fol. 544. Elbert. Leonin. consf. 25. nu. 28.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Svccessioni Serenissimi Ducis Caroli in Ducatibus Mantuæ, & Montisferrati non obstare, quòd obijcitur eius patrem, & ipsum militasse contra terras Imperiales, & Imperatores pro Maiestate Regis Franciæ Christianissimi.

Imputatio contra Ducem Ludouicū, & Carolum.

1 Svccessioni Serenissimi Ducis Caroli in Ducatibus Mantuæ, & Montisferrati an obstet † id, quòd obijcitur ex parte Dñi Ducis Guastallæ, Dñum Ducem Ludouicum eius patrem, & ipsummet Ducem Carolum militasse in Gallia, & in Belgis pro Rege Franciæ contra Imperatores, nunc videndum est.

Quod ex aduerso prætenditur, asserendo dictum Ducem Ludouicū in bellis exitiosis inter Regem Franciæ Henricum Secundum ex vna, & Diuos Imperatores Carolum Quintum, & Ferdinandum Primum ex altera parte gestis, & in occupatione locorum Imperialium nomine dicti Regis Henrici Secundi facta, eorum deuastationi, combustioni, & euersioni interuenisse, & præsertim, cùm ipse Rex suo exercitu Ciuitates Imperiales Tullensem, Verdunensem, & Metensem vsurpauerit, vt eas Imperiales † nuncupat Iacobus Augustus Thuanus libro 22. suarum historiarum, tom. 1. fol. 453. col. 2. sub littera B., & Castrū Mariamontis † combusserit, Cæsaremq; ipsum personaliter assistentem ad prælium inuitauerit, † (sunt verba partis aduersæ) Necnō ipsum Ducem Carolum pariter militasse † contra Imperium in obsidione Cameracēsi, vulgò *de Cambrai*, Ciuitate pariter Imperiali, vt eam talem † nuncupat Philippus Comineus, seu Argentonus lib. 5. suarum historiarū, cap. 13. in fine, fol. 299. vbi dicit, Ludouicum Vndecimum † Regem Franciæ cessisse eam liberè Imperio, Iacob. August. Thuan. in dicta ei⁹ historia lib. 113. circa principium, vers. Tādem Maximilianus, tom. 4. fol. 557. & 558., ex quibus prætēditur eos incurrisse crimen læsæ Maiestatis, & rebellionis, quod committit † vasallus similia faciendo contra Imperatorem dominum suum, & aggrediendo Vrbem, vel Castrū, & contra

Metis, Tullum, Verodunum ciuitates Imperiales.

Cameracum ciuitas Imperialis.

Margin numbers in text order: 2 (rit, vt eas Imperiales), 3 (riamontis), 4 (prælium), 5 (cem Carolum), 6 (racēsi), 7 (cap. 13.), 8 (iestatis).

& contra eum pro hostibus militando, cap. vnicô, Qui sint rebelles, ità in vasallis, qui militarunt pro Rege Franciæ contra Imperatorem eorũ dominum, tradunt Socinus patruus cons. 87. in quarto dubio, sub num. 16. vers. Postremò Imperator, vol. 3. Paris. cons. 1. nu. 16. vol. 1. Grammatic. decis. 6. Alba cons. 434. nu. 5. Menoch. cons. 102. Ruger. cons. 2. sub nu. 70. vol. 2. Fabi. de Anna cons. 12. nu. 4. & seqq. vol. 1. Bardellon. cons. 101. per totum, maximè nu. 17. vol. 2. Schrader. de feud. parte prima nonæ partis principalis, cap. 3. nu. 19. tom. 1. fol. 449. Rosental. de feud. cap. 10. quæst. 35. num. 22. 23. 24. 25. & 37. & in glos. u. & *Fundaměta dicta imputationis, quæ resoluuntur ex singulis argumentis pro Duce Carolo, et nu. 185.*

9 quæst. 18. per tot., & quando adiuuat † mouẽtes bellum, idem Rosental. d. cap. 10. quæst. 19. & cap. 11. quæst. 14. col. 3. vers. Sed si quis ciuitatem, Hartman. Pistor. quæst. 47. sub nu. 33. lib. 2. Henric. Bocer. in tract. de amission. feudi, in titulo de amissione feudi culpa vasalli in persona domini, nu. 13. fol. 168.

10 Ob quod crimen vasallus priuatur † ne dùm feudo, cap. 1. §. similiter, quid. mod. feud. amittat. tit. 1. (nam duo sunt tituli ita inscripti) Socinus patruus d. cons. 87. in quarto dubio, sub nu. 15. 16. & sub nu. 21. vol. 3. Paris. cons. 1. nu. 11. vol. 1. Modestin. Pistor. in cons. 1. post consilium 60. sub nu. 5. vol. 1. fol. 592. & in cons. 2. post d. cons. 60. nu. 4. dicto vol. 1. fol. 612. (sunt enim tria consilia diuersa sub eodem num. 60.) Hartman. Pistor. d. quæst. 47. nu. 33. lib. 2. Schrader. de feud. par. 1. nonæ partis principalis, cap. 3. nu. 2. cum seqq. Fabi. de Anna cons. 12. nu. 6. vol. 1. Ruger. cons. 2. nu. 72. 73. & 74. vol. 2. Sacca cons. 17. num. 32. Rosental. cap. 10. quæst. 17. num. 39. & quæst. 18. per totam, maximè nu. 5. & quæst. 19. nu. 1. & quæst. 35. nu. 37. & sub nu. 62.

11 Sed etiam priuatur † spe succedendi in futurum in ipso feudo, cap. 1. §. quæsitum, vbi Iacob. de Beluis. Isern. nu. 4. Bald. ante nu. 18. Aluarot. Præposit. & Afflict. de Capitaneo, qui curiam vendidit, qui tamen oẽs *Hoc obiectum resoluitur num. 185. & 312.*

12 cum Isernia distinguunt, an † satisfecerit domino, antequàm eueniret casus, vel non, iuxta textum in cap. Imperialem, §. insuper, vbi etiam Iacob. de Beluis. Isern. Bald. Aluarot. Præposit. & Afflict. qui vtrunque dictum probant, de prohibit. feud. alienat. per Federic., & quòd priue-

13 tur † spe succedendi, tradunt etiam Bald. in l. 1. in quæst. 28. nu. 22. de rerum diuisione, Schrader. de feud. par. 2. nonæ partis principalis, sect. 6. quæst. 14. ante nu. 11. tom. 1. fol. 576.

14 Idq; ipso iure, † dicto cap. vnico, qui sint rebelles, Bald. in d. cap. Imperialem, §. callidis, nu. 7. de prohibit. feud. alienat. per Feder., Menoch. cons. 99. nu. 166. Schrad. de feud. par. 2. nonæ partis principalis, sect. 8. nu. 23. cum seqq. Rosent. cap. 10. quæst. 35. nu. 70. in fine, & quæst. 41. nu. 28. Fachin. cons. 15. nu. 18. vol. 1. Borcholt. cons. 5. col. 4. sub versic. Primum ipso iure amittuntur feuda, ibi, *deinde ipso iure*, vol. 1.

Et ne dùm priuatur ipse committens tale crimen, sed etiam eius fi-

15 lij, † l. quisquis, 5. §. filijs, C. ad legem Iuliam Maiestat. cap. 1. si vasall. feud. priuat. cui deferatur, cap. 1. §. si vasallus culpam, si de feud. defũct.

O Bald.

Bald.in l.1.quæst.28.sub nu.21.ff.de rer.diuision., Farinac.quæst.25. nu.92.Rosental.de feud.cap.11.quæst.13. Gomes.variar.resolut.to.3. cap.2.nu.13. Franc.de Barry.de successionib. lib.1.tit.8. nu.6. Clarus §.feudum,quęst.66.nu.2., & multò magis priuaretur filius spe succe-
16 dendi,si non moneret † dominum de damno, quod ei inferre pararet pater,Rosental.cap.10.quæst.17.nu.47., hoc tamen vltimum non facit ad casum,quia Dux Carolus erat tunc in lumbis parentum.
17 Et siue feudum tunc deuoluat ad agnatos,† vt videtur voluisse Baldus in dicta l.1.quæst.28.nu.21.ff.de rer.diuis. & latè Deci.consi.606.
18 nu.15.& seq., siue ad dominum,† vt videtur probare text. in cap 1.§. denique,quæ fuit prima causa benefic.amittend. & in cap.vnico, vers. cùm autem ad dominum,an ille,qui interfecit fratrem domini. Intriglio1.de feud.cent.2.art.9.nu.8. Ruger.consi.2.nu.72.73. & 74.vol.2. Fachin.controu.iur.lib.7.cap.2. Merend.in simili libro,lib.6.cap.16.,
19 provt hoc controuersum esse † apud nostros,ad quem deuoluat feudū antiquum,quādo delictum directò offendit dominum, an ad agnatos, vel ad dominum,ostendit Clar.§.feudum,d.quæst.66.Rosent.cap.11. quæst.4.5. & seqq.,semper videtur exclusus ipse Dux Carolus.

Prædictis tamen nequaquam mouentibus, intrepidè resoluo obiectum istud minimè obstare successioni ipsius D. Ducis Caroli. (Illud
20 enim non posse † retardare inuestituram ab eo petitam, cùm requirat altiorem indaginem, iam fuit à me demonstratum in præcedenti articulo,sub nu,38.cum seqq.)

Argumēta pro Duce Carolo.

Pro qua conclusione firmanda præmitto prius dominum superiorē
21 feudi,etiam Imperatorem,non posse † auctoritate propria,& iuris ordine non seruato,priuare vasallum sub prætextu alicuius culpæ, & feloniæ,quando vasallus intendit se defendere, & facere controuersiam contra talem imputationem,vt probant cap.1.§.si verò vasallus,de milit.vasall.qui contumax est,cap.1.de feud.sine culpa non amittendo. & facit benè text.in l.1.C.de conductor.& procurator. prædior. fiscali. lib.11.per quem textum notant ibi Andr.de Barulo,& Bartol. vterque nu.1. & Ioannes de Plate.pariter sub nu.1.versic.item sicut priuatus.
22 quòd in causis fiscalibus † est seruandus ordo iuris, sicuti in causis priuatorum: & in proposito nostro ita tradunt Isern.per illum textum in verbo *damnetur*,in cap.sancimus,sub nu.10. vers. *Damnetur, non ergo ipso iure*,quo tempore miles, fol.164.col.1. Grammatic. decis.18. nu. 21.Torniol.consi.23.nu.27.Papon.consi.5.nu.30. Rosent.de feud.cap. 7.quæst.60.nu.15.& cap.10.quęst.41.nu.61. 134. & 144.

Præmissum, qd sub prætextu feloniæ Dominus non possit priuare vasallum sua possessione, nisi iuris ordine seruato.

Etiam si opponeretur culpa,& felonia,ex qua feudum committitur
23 ipso iure,† nam adhuc dominus feudi non potest illud propria auctoritate occupare, nec priuare vasallum sua possessione, sed debet ordine iuris seruato præcedere sententia declaratoria,vt dixi ex Isernia., Afflicto,& Sacca in præcedenti articulo nu.37. quibus addo eundem Iserniam in cap.sancimus,sub nu.10. vers.Siue autem dicatur ipso iure,

Etiam quando priuatio incurritur ipso iure.

siue non, quò tempore miles, vbi, quòd, siue feudum aperiatur ipso iu-
24 re, siue non, semper est necessaria † sententia, & cōdemnatio propter
possessionem auocandam, Castren.cons.10.nu.3.vol.3. Franc.Maria
Plot.cons.66.nu.12.vol.1.criminal.diuers.magn.impress., Afflict.in
constit.Regni, incip. *Volentes*, nu.8.lib.1.rubr.24. Crot.cons.189.nu.
23. Cephal.cons.301.num.126.& 127. Francisc.Marcus quæst.575.
nu.4.par.1. Anchar.Regiens.quæst.5.nu.27.lib.3., vbi testatur de cō-
muni opinione, Cacheran.cons.64.sub nu.12.Ruger.cons.2.num.95.
vol.2. Fachin.cons.13.nu.19.& 24.vol.1. Rosental. de feud. cap.10.
25 quæst.41.sub nu.15., vbi, quòd requiritur † sententia declaratoria cū
causæ cognitione, an scilicet actio super commisso proposita, & felonia
ipsa sit sufficienter probata, an probationibus, & excusationibus elisa;
26 idem Rosent.d.cap.10.quæst.41.nu.134., vbi, quòd requiritur † sen-
tentia declaratoria, quamuis ipso iure aperiatur feudum, qua declare-
tur per iudicem competentem, vasallum talem culpam commisisse, &
propterea priuatum esse, subdens omnia iuta in omnibus casibus, in
27 quibus quid ipso iure committi dicitur, declaratoriam † sententiam, vt
commissum esse constet pro auocanda possessione, desiderare, quę re-
plicat ibidem num.144. inquiens in casu, vbi ob culpam, quæ admissa
28 prætenditur, ipso iure aperitur feudum, certissimum esse, † quòd do-
minus non debet auctoritate sua, aut via facti vasallum spoliare; quia
sententia declaratoria nihilominus requiritur, per quam declaretur va-
sallum ob illam culpam feudo cecidisse, siue dictam culpam admisisse,
ac propter eam feudum perdidisse: & cùm sententia sit necessaria, &
præcedere debeat, non posse dominum auctoritate propria, vel de fa-
cto feudum occupare; & dicta quæst.41.nu.82.in fine inquit, Impera-
29 torem non debere † spoliare vasallum, si ex culpa feudum apertum
prætendatur, nisi culpa legitimè cognita, & conuicta; & sub num.87.
30 subdit nunquam sine † causæ cognitione in aula Germanorum Impe-
ratorum procedi consueuisse.

Et quòd debeat præcedere causæ cognitio, & sententia antequàm
31 vasallus etiam in crimine læsæ Maiestatis † priuetur possessione, tradit
Io:Baptist.Ferret.cons.31.nu.3.vol.1. idem Rosental.d.cap.10.q.35.
nu.70.in fine, in glos. de qua ibi propè finē, & nu.81.in fine, & nu.76.
32 ampliat, vbi etiam allegaretur † notorium, quia si rebellio nō sit actus
permanentis, sed transeuntis, & multò magis iam multis annis transa-
cta, tunc audiēdus est vasallus, si vocat in dubium notorietatem, & ve-
lit se defendere; quod dixit etiam idem Rosent.dicto cap.10.quęst.41.
num.93.& nu.114., vbi dicit tunc requiri sententiam, & multò magis
33 esse necessariam, † si non committeretur ipso iure, vt per eundem dicta
34 quæst.41.nu.113., & non credi † parti interesse habenti, etiam si es-
set Imperator, de hac notorietate, tradit in specie Deci.cons.606.sub
nu.15.Petr.Vvesembec.cons.50.nu.1.& 2. vbi nu.3. & 4. ampliat in
crimine fractæ pacis, & in rebelle notorio.

Dominus dicitur facere violentiam, & spoliare, quãdo iuris ordine non seruato, priuat vasallum sua possessione.

Et hoc casu, quando iuris ordo non seruatur, & de facto dominus,
35 etiam Imperator, vult procedere, dicitur facere violentiam, † spoliare,
& facere iniuriam, cap. 1. §. si verò vasallus, ibi, *malo ordine*, de milit. va-
sall. qui contumax est, vbi Afflict. nu. 74. aliàs nu. 18. cuius verba præ-
cisa retuli in quinto articulo, nu. 157. Papon. cons. 5. nu. 14. & 15. Ro-
sent. de feud. cap. 10. quæst. 41. nu. 77. 78. & sub nu. 148. Modestin. Pi-
36 stor. cons. 59. nu. 13. vol. 1., vbi, quòd executiones semper ritè, † & re-
37 cto iuris ordine fieri debent, & quòd ab executione † non est incipien
38 dum, & quòd lex in auferendis bonis præcipit † iuris ordinem serua-
39 ri, & quòd dominus hæc non obseruans † dicitur feudum malo ordine
intrare, vt per eum. Idem Modestin. Pistor. in consilio sequenti post il-
lud consilium 60. nu. 36. fol. 606. vol. 1. vbi ad hoc citat bonum textũ
40 in l. si pacto, 14. ibi, *nam bona aduersarij tui in te † transferri citrà so-
lemnem ordinem frustrà deprecaris*, C. de pactis, Cacher. cons. 64. n. 12.

Et tunc vasallus non tenetur obedire.

41 Et tunc vasallus non tenetur obedire, † & non obediendo non di-
citur cõtumax, nec rebellis, cap. si quãdo, 5. ibi: *Patienter sustinebimus, si non feceris, quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum*, extra de
rescriptis, Bald. cons. 159. nu. 8. vol. 3. Menoch. cons. 28. nu. 19. Cache-
ran. cons. 64. sub num. 15. vers. His conueniunt, &c. Schrader. de feudis
part. 1. nonæ partis principalis, cap. 8. sub nu. 19. vers. Quod tamen ità
demum, Rosental. cap. 10. quæst. 35. nu. 34.

Et potest resistere, & se, & sua bona defendere etiam armis.

42 Et hoc casu vasallus licitè resistere potest, † & ius, & bona propria,
defendere etiam armis, vt deduxi in quinto articulo, nu. 158. addo Iser-
niam in cap. 1. sub nu. 8. vers. vel dic, quod potest dominum. de milite
vasall. qui cõtumax est, Crauet. cons. 993. nu. 20. vol. 6. Cacheran. dicto
cons. 64. nu. 14. in fine, & nu. 15. Rosental. cap. 10. quæst. 11. sub nu. 6.
& quæst. 41. nu. 149. Schrader. par. 1. nonæ partis principalis, cap. 4. sub
nu. 61. & seqq.

Et si adimeret dominus possessionem, eam ante omnia restituere teneretur.

43 Et si dominus adimeret possessionem hoc malo ordine, † teneretur
eam ante omnia restituere, Io: Vincent. de Anna in repetition. cap. 1.
nu. 122. de vasall. decrepit. ætat. tom. 1. fol. 157. suorum operum, Rosen
tal. cap. 10. quæst. 41. sub num. 64. vbi inquit, quòd si de facto dominus
44 occupat feudum, iuris ordine nõ seruato, Camera Imperialis † mandat
ante omnia fieri restitutionem, & ita sæpissimè in caußis feudalibus iu-
dicatum fuisse, quod repetit etiam eadem quæst. 41. sub nu. 90. inquiẽs
45 ibidem sub nu. 81. Imperatorem viuere † legibus, nec intelligi euer-
tere iura possessoria, dixi in dicto articulo quinto nu. 163.

Hoc præmisso pro resolutione huius præsentis articuli, necesse erit repetere, quæ obiter perstrinxi circa illum in præcedenti articulo, nu. 29. cum aliquibus sequentibus, quia hìc de eo ex professo agendũ est.

Primũ argu. qd felonia non præsumitur.

Et primò animaduerto, quòd felonia tanquàm delictum non præsu-
46 mitur, † sed per eam allegantem probari debet, Iacob. Thoming. cons.
38. nu. 57. in fine dicti numeri, vol. 1. Rosental. de feud. cap. 12. quæst.
19. num. 1. Bursat. cons. 225. nu. 184. iuncto numero præcedenti, De

cian.conf.23.nu.5.vol.1. Ruger.conf.2.nu.88. vol.1.

47 Et adeò verum est eam probari debere, vt nec credatur † Imperatori de ea attestanti ad sui commodum, Cardinal.conf.128. Dec.consilio 410.nu.10. & conf.445.nu.59.& conf.606.ante nu.5.& sub num.6., vbi cõsuluit super feudis aliàs de Corona Mantuæ, & in eadem causa, in qua scripsit ibi Decius, Menoch.conf.104.nu.50., & in eo quoque casu idem Decian.conf.23.nu.6.vol.1., vbi testatur de communi, & cum eis Cæphal.conf.301.nu.122. & 123. & Ruger.conf.2. nu.106. & 107.vol.2., Schrader.de feud.par.2.nonæ partis principalis, sect.13. nu.5. Rosental.cap.10.quæst.11.num.18.& 20. Vulte.de feud.lib.1. cap.11.nu.55.fol.726.& conf.22. nu.17. vol.1.diuersor. Achademiæ Marpurgensis, Bursat.de veriori, & communiori conf.225.num.90. Pacian.conf.37.nu.22.

Nec creditur Imperatori de ea attestanti ad sui commodum.

Quibus non refragantur, quæ scribit Bardellon.conf.101. in secundo dubio, nu.68.cum seqq.vsq; ad num.130. quod consilium firmiter 48 credo † esse sub casu ficto in illa felonia, de qua paulò supra dixi num. 47.scripsisse Decium d.conf.606. cum alijs ibidem à me adductis in eadẽ causa, quia factum ab eo propositum habet oẽs illas circunstantias; & sub nu.93.& 94.dicit de ea constare apud Guicciardinum, & Iouiũ: occasionem autem illius consilij Bardelloni non esset difficile pene-49 trare. Non inquam obstant ab eo adducta, † quia ad illa omnia satisfecerunt Decius, Menochius, Decianus, Cephalus, & Rugerius in dictis consilijs citatis supra sub nu.47. factis in ea causa.

Consilium Bardel.101. in qua causa fuerit scriptum.

Præterquam quòd declaratio illa fuit facta ab Imperatore de tempore circiter, quo prætendebatur commissa felonia, & qui poterat esse informatus; hic autem nullus vnquam conquestus est Imperator, & præsens non posset ex sui scientia attestari, sed hoc in præsentiarum non venit in controuersiam, quia non adest, nec creditur adfutura talis attestatio.

50 Nec sufficit probare feloniam per probationes regulares, sed † conuinci debet manifestè per quinque testes summæ, atq; integræ opinionis, cap.vnico, in fine, in titulo, quot testes sint necessarij ad probandũ feudi ingratitudinem, De cuius textus auctoritate, & an sit authenti-51 cus, & habeat vim legis, licèt dubitet † glosã ibi, & ob id nihil super eo scripserit, prout post eam aduertit etiam Isernia, & dicat Decian. consi-52 lio 18.nu.332.vol.1. omnes affirmare † illius, vti apochrisi, dispositionem non seruari, & alij nonnulli, de quibus per Rosental.de feud.cap. 12. quæst.19. sub nu.4. glos.c. & d.

Et debet probari per quinque testes omni exceptiones maiores.

Textus quod felonia debeat probari quinque testibus, an sit authenticus.

Tamen Decianus ex abundantia cordis locutus est, dum effuso sermone dixit omnes hoc affirmare, quia pauci admodum hoc asseruerũt, 53 & frequentissimè cæteri illum pro authentico † admiserunt, vt videre est ex adductis per Schrader.de feud.par.2.nonæ partis principalis, nu. 10. vbi dicit hãc veriorem, & communiorem, & per Rosent.d. cap.12. quæst.19.sub nu.4.glos.b. qui quoque pluries testatur de communi, &

magis

magis communi, Menoch.conſ.101.nu.47.Viui.deciſ.450.ſub nu.21. vbi inquit decipi,& obumbrare,& deteſtabiliter locutos eſſe, qui contrarium dixerunt. idem Viuius in ſuis communibus opinionibus in verbo *teſtes*,opin.913. & hunc textum ſeruandum eſſe pro lege teneɾe omnes teſtatur Clarus in §.feudum,queſt.60., vbi nouiſſimi addentes ex Iacobino in ſua inueſtitura feudali,in verbo *dictiq; vaſalli,il primo*,nu.55. & ipſemet Decian.in conſ.23.nu.22. vol.1. recantauit pa-
54 linodiam,aſſerendo† omnes affirmare illum pro lege eſſe ſeruandum; & adducit Guid.Pap.quæſt.180. atteſtantem ita iudicatum fuiſſe, prout verè dicit ità conclusum fuiſſe in camera Conſilij die 20. Martij 1458. idem firmarunt Maſcard.de probat.in verbo *felonia*,concl.761. & in verbo *ingratitudo*, concluſ. mihi 898.num.28. Burſat.conſ.225. iuncto nu.180. Gail.lib.2.obſeruat.157.nu.2. & 3.

Qui fuerit auctor dicti textus.

Quare requirãtur quinque teſtes.

55 Qui textus deſumptus eſt † ex verbis textus in l.teſtium,14. C.de teſtibus,vt aduertit Aluarot.in dicto cap.vnico,ſub nu.1.quòd teſtes ſint
56 neceſſarij, vbi dicit † eſſe cõſtitutionem Henrici Quinti,qui cępit (in-
57 quit ipſe) regnare anno 1192.& fuit † coronatus à Cæleſtino Tertio Papa, ibiq; idem Aluarottus ex eadem l.teſtium, ex qua deſumptus eſt
58 dictus textus, depromit eiuſdem diſpoſitionis rationem, † nempe, vt cautiùs agatur cum vaſallis,ne forte per viles,& redemptos teſtes, aut paucos poſſint domini eos ſuis feudis priuare, & eum ſequitur Addens ad dictam quæſtionem Guid. Papæ 180.& Roſental.cap.12.quæſt.19. ſub nu.19. qui alios addit in gloſ.u., vbi dicit videri etiam habitum re-
59 ſpectum ad hoc, q. Domini potentiores † leui, vel nulla ferè de cauſa ſæpè offenſi (hoc eſt fingentes ſe offenſos) mille modos, vt vaſallos miſeros exuant feudis, quæritare ſolent.

Conteſtes.

60 Hiq; teſtes debent eſſe conteſtes,† & reddere etiam non interrogati ſufficientem rationem ſui dicti, Schrad.dicta par.2.nonæ partis principalis,ſectione 13.nu.114.& num.145. Roſental.dicto cap.12.quæſt.
61 19.nu.29.33.& 35. vbi ſub n.30.inquit ſingula facta † hoſtilia quinque teſtibus probanda fore.

Nõ ſufficit ſcriptura regulariter ad probandã feloniam, & quam difficilis ſit probatio.

Atq; adeò verum eſt neceſſarios eſſe quinque teſtes ad conuincen-
62 dum vaſallum de felonia, vt non ſufficiat † probatio per ſcripturam, Schrader.d.par.2.nonæ partis principalis,ſection.13.nu.90. Roſental. eodem cap.12.quæſt.19.num.53., vbi multipliciter ampliant hunc rigorem exquiſitæ probationis,ita vt euadat valdè difficilis: & licèt etiã multipliciter declarent hanc neceſſitatem, tamen nulla ex adductis limitationibus probabiliter videtur poſſe applicatam iri huic impictæ culpæ.

Et ſicuti admodum difficiles ſunt probationes ad conuincendam fe-
63 loniam, ita è conuerſo † ſunt valdè faciles ad eam excludẽdam; nam nedùm ſufficit probatio regularis duorum teſtium etiam nõ omni exceptione maiorum, vel aliàs ordinaria, ſed etiam admittuntur coniecturæ,& veriſimiles præſumptiones, Schrader. ſæpedicta ſectione 13.

ſecundæ

secundæ partis nonæ partis principalis, num. 36. & 41. Rosental. dicto cap. 12. quæst. 19. sub nu. 26.

Et quamuis Schrader. d. sect. 13. nu. 28. & 29. limitet dictum textum 64 non procedere, † quando felonia committitur mediante crimine læsæ Maiestatis, ex quo in eo crimine speciale est, vt sufficiant probationes etiam aliàs imperfectæ: & dispositio dicti tituli, Quot testes sint necessarij ad probandam feudi ingratitudinem, tanquàm generalis, non debet extendi ad priuilegiatam. *Felonia cũ crimine læsæ Maiestatis, an debeat pbari quinque testibus.*

Tamen Rosental. d. cap. 12. quæst. 19. num. 14. 15. & 16. rectè eius 65 fundamenta confutat, † tùm quia rationes quare admittantur imperfectæ probationes in crimine læsæ Maiestatis ad puniendum corpora-66 liter delinquentem, non militant, † quando agitur tantùm de priuando illum feudo; tùm etiam, quia quo ad propositum nostrum lex circa 67 probationes in crimine læsæ Maiestatis videtur generalis, † & alia præscribens eas in probatione feloniæ, specialis, & ideo ista illi derogare debet, vt per eum.

Cùm igitur hæc prætensa felonia probari deberet per tot testes, impossibile videtur, quòd possit probari respectu personæ D. Ducis Ludouici, cuius culpa impicta contigisset iam septuagintaquattuor annis, & vltrà; & cùm nõ sufficiat scriptura, vt dixi nu. 62. sequitur etiam, quòd si aliqui historici de hoc quidquã posterorum memoriæ mandassent, 68 nullam facerent † ad præsentem effectum probationem, licèt probarent ad defensam, cũ sufficiant probationes leuiores, quamuis tamen nullos adhuc legerim, qui scripserint eũ interfuisse expugnationibus, seù potius deditionibus Ciuitatum Tullensis, Metensis, & Verdunensis, licèt multos ex illis, qui scripserunt gesta in bello Regis Henrici Secundi cum Carolo Quinto legerim. *Felonia nõ probatur historijs, sed bene defensio.*

69 Hæ enim Ciuitates captæ † fuerunt de mense Aprilis 1552. Tullo se sponte dedente viso exercitu Regio, Diuoduro, nunc Metim vocãt, 70 hoc pacto, † cùm dux exercitus tormenta admoturum minaretur, ciues contenti extiterunt recipere duo signa peditum in vrbe, qui debebant esse sexcentorum militum, Dux ipse aucto numero sub dictis signis vsque ad mille quingentos pedites, serò ciuibus hoc animaduertẽtibus remansit in potestate Regis, vt apud Iacobum Augustum Thuanum lib. 10. suarum historiarum fol. 204. col. 2. tom. 1. sub littera C. & fol. 205. col. 1. littera B. & C. Franciscum Belcarium Episcopũ Metensem in commentarijs rerum Gallicarum lib. 26. sub nu. 1. & 2. fol. 829. & 830. Ioannem Seranum latinitate donatum à Marco Cassiodoro in historia Franciæ in vita Henrici Secundi, fol. 563. col. 1. & 2. Sebastianum Munsterum in sua cosmographia lib. 2. cap. 28. & 29. fol. 95. *Metis, Tullum Ciuitates quando, & quomodo captæ à Gallis.*

71 Non multum post, Virodunum † de eodem anno 1552. absque pugna, suggerente Carolo Cardinali Lotharingio se dedit ipsi Regi Henrico, Thuanus dicto lib. 10. fol. 209. col. 2. litt. B. Belcarius dicto lib. 26. 72 sub nu. 6. & 7. fol. 832. & 833., & iura, quæ prætendũt † Galli in dictis Ciuita- *Virodunum qñ, & quomodo captum à Gallis.*

Iura pratensa à Rege Franciæ in dictis tribus Ciuitatibus.

Ciuitatibus,& quando deuenerunt,& quomodo ad Imperatores, notat Belcarius loco proximè citato sub nu.1.& 2. Io:Sertanus in dicta vita Henrici secundi fol.563.col.f. vbi habet hæc verba: *Sic Illustris illa Metensium Ciuitas antiqui Coronæ huius patrimonij non contemnenda portio tam olim ab Imperatoribus per vim ablata ad eius obedientiam redacta fuit*. Thuan.lib.11.fol.229.col.1.verf.Metim in Mediomatricibus,vbi recenset iura Gallorum in illis tribus Ciuitatibus, Munster.in sua cosmographia lib.3.cap.25. Naucler.in sua chronographia vol.2. generation.13.fol.524.versic.Hi posteris temporibus,Volater.loco citato insta sub nu.320.

Historici nō faciunt mentionē de Ludouico, qñ captæ fuerūt dictæ Ciuitates.

Et quamuis Belcarius,& Thuanus commemorent notabiliores personas,quæ in ea expeditione interuenerunt, tamen nullam mentionē
73 faciunt † de Ludouico Gonzaga,sicuti nec alius ex prædictis.

Metis frustrà obsessa à Carolo Quinto.

Eodem anno 1552.de mense Octobris, Nouembris, & Decembris
74 exercitus Imperialis obsedit † dictā Ciuitatem Metis, sed frustrà, quāuis fere maiorem, quam vmquàm exercitum comparesset Carolus V. animo se postea abdicandi ab Imperio, & ab aliorum Statuum gubernio,vt sigillaret aliqua notabili victoria hoc eius vltimum facinus: & quamuis aliquando in dicta obsidione personaliter fuerit in castris ipse
75 Cæsar,& quattuordecim mille tormentorum ictibus † ciuitas prędicta diuerberata fuisset, tamen re infecta obsidionem soluere coactus fuit, ammissa ferè tertia parte exercitus, & dùm abiret impressionem in eius

Impressio facta in Castris Caroli Quinti, & ipso presēte fugatus eius exercitus.

76 castris,fecerunt † Noallius,Petrus Strozza,& Carolus Borbonius Rupisaronius etiam in conspectu Cæsaris,qui multis occisis,triginta cæperunt, & reliquos in fugam verterunt, sed in his gestis numquam nominatur ipse Ludouicus,Thuanus lib.11.suarum historiarū,à fol.232. vsque ad fol.237.Belcarius dicto lib.26.commentariorum rerum Gallicarum,à nu.13.vsq; ad 25. à fol.836.vsq; ad fol.844. Munsterus in sua cosmographia lib.2.cap.28. & 29.fol.95.

Posseuinus Iesuita meminit de Ludouico.

77 Solus Antonius Posseuinus Iesuita † in vita ipsius Ducis Ludouici descripta in eius oratione funebre agens de eius actionibus militaribus,fol.12. ita scribit:

Nè toccherò io pertanto alcune,dalle quali possa comprendersi il restante. A pena dunque fù in Francia, che seruendo ad Henrico Secondo, il quale con Carlo Quinto guerreggiaua à confini di Fiandra, quiui cominciò con tanto ardire à mostrarsi prontissimo à pericoli,che ne riportò lode da tutti nelle fattioni,le quali si fecero là intorno, & à Mariamonte. Qui licèt ad effectum,de quo agimus,probaret (cuius tamen contrariū superius nu.62.& 68.demonstraui,cùm felonia non probetur scriptura,) Tamen nihil de ciuitatibus Tullensi,Metensi, & Verodunensi dicit: & non sufficit,quòd sub generalitate venire possent,quia probatio
78 debet esse specifica,† & concludens ad conuincendum de felonia, vt probat dictum cap.vnicum,in fine,ibi:*probatum fuerit manifestè*, Quot testes sint necessarij ad probandum feudi ingratitudinem, Schrad.de feud.

feud.part.2.nonæ partis principalis,sect.13.sub nu.51. versic.Hoc tamen,Rosental.cap.12.quæst.19.sub nu.39.& 40.

Mariamõs quid & quare incensus à Gallis.

De Mariamonte verò, de quo specificè meminit Posseuinus, illud
79 erat † palatium priuatum delitiosum cū viridarijs Mariæ Reginæ Vngariæ viduæ sororis Caroli Quinti gubernatricis in Belgio ferè ad speciem areis fabricatum, non autem Ciuitas,nec arx Imperialis, quod incensum fuit ab exercitu Gallo de mense Iulij de anno 1554.in iniuriā,
80 & vindictam † ipsius Mariæ,nō autem Cæsaris; de cuius Mariæ mandato ab eius exercitu incendio consumpta fuerat Regia villa Florembraij,& in illius incendij vltionem,commissi,penè inuito ipso exercitu Mariæ,cùm admiraretur operosam fabricam; quod testatur Belcarius in dictis commentarijs rerum Gallicarum lib.26.sub nu.50. folio 859. his verbis:

Incensus est,& Mariamons Regina Vngariæ amenissima, & pulcherrima domus areis instar extructa exquisitis marmoreis columnis, ac fenestris tum hortis odoratissimis, viridarijsq; omnis generis fructuum scitissimè descriptis ornata,ex qua nonnulli è nostris Principes columnas aliquot exportasse traduntur , Id in vltionem Florembraij Regiæ villæ ab eius Regina exercitu penè inuito plerisq; operosam fabricam admirantibus cremati,factum putant. Thuan.lib.13.histor.fol.279.col.2. sub littera C.& D.,qui tū dicit fuisse de mēse Iunij, non alter Iulij, vt scribit Belcarius,Ioan.Serran.in vita Henrici secundi fol.265.col.2.vers. Castella amęna, Afean.Centorius in suis cōment.bellorū Europæ part.2. libro 2.fol.61.& 62.& tamē nemo ex eis vnquam nominat Ludouicū Gonzagam, quamuis,vbi interuenit illum non prętermiserint, prout in pugna diei Sancti Laurentij 1557.dum Galli vellent succurrere Augustam Veromandorum, nunc Sanctum Quintinum obsessam ab
81 exercitu Philippi Hispaniarum Regis,in qua pugna fuit captus † ipse Ludouicus,de quo omnes mentionem faciunt Belcarius in dictis commentarijs lib.27.sub nu.55.fol.899. Iacob.August.Thuan. tom.1. lib. 19.col.1.littera C.fol.397. Serranus in dicta vita Henrici secundi fol. 569.col.1.ibi, *Ludouico Principe Mantuano.* & vbi interuenisset cum illis,qui Mariamontem incenderunt,non inferret ad priuationem horum feudorum, non ratione offensionis sororis Imperatoris, quia of-
82 fendens † fratrem,vel sororem domini,etiam occidendo,& multò minus dando damnum in bonis,nō priuatur feudo,nisi id faciat odio ipsius domini,cap.1. An ille,qui interfecerit fratrem domini, feudum amittat,Rosental.de feud.cap.10.quæst.20.sub nu.18.& quæst.35.sub nu.60.& quæst.36.nu.15.16.& 17.& cap.11. quæst.14. col.3. versic. Tum quia talis non intendit. & supra dixi nu.80.id factum fuisse in vltionem Florembraij de mandato ipsius Mariæ incensi,& deuastati.

Villa Florembraij delitiosa Regis Franciæ incēsa de mandato Mariæ Regētis in Belgio.

Pugna Sancti Quintini quando commissa.

In ea captus Ludouicus.

Vasallus non priuatur feudo offendendo sororem domini.

Non etiam potuisset priuari ratione ipsius loci, quia non spectabat
83 ad Imperium,† nec erat in territorio Imperij,sed sub iurisdictione Caroli Quinti vti Comitis Flandriæ, & sic nō domini directi ipsius Ludo-

Mariamōs non erat de iuribus Imperij.

P uici

uici hoc respectu, Euerard.in topic. in loco a.tanquàm in vna impressione sub nu.29.vers. Trigesimo quartò facit, in alia verò versic. Hinc etiam potest attentari, Rosental.de feud.cap.8.quæst.18.sub num.11. qui licet videatur de hoc aliqualiter hæsitare, tamen id est ratione iuramenti fidelitatis, quòd non præstiterat Ludouicus, quia adhuc non euenerat casus successionis in eius persona, nec erat factus vasallus : &
84 assaliens castrum, vel alium locum alterius, non priuatur † feudo, nisi ibi adsit dominus, & hoc sciat vasallus. Idem Rosent. c.10.q.12.n.12.

Ludouicus non deliquit pugnando pro S. Quintino.

Nec magis ipsum Ludouicum grauat interuentus in pugna S.Quintini, de qua dixi nu.81.& meminit etiam Antonius Posseuinus Iesuita in dicta oratione funebri in capite militarium Impresiarum folio 12. (saluo semper quod admonui nu.62.& 68.historijs non probare felo-
85 niam), nam pugna illa, & bellum † fuit pro defensione ciuitatis, sine vlla controuersia Regiæ Coronæ Franciæ, & ob id postea in pace inita fuit restituta, vt in capitulis pacis anni 1559.apud Ascanium Centoriū part.2.eius commentar.lib.7. fol.214. in vndecimo capitulo dictæ pacis, de qua dicam etiam infra nu.228. cum pluribus sequentibus : quæ

Sanctum Quintinum est de Corona Fräcia.

86 ciuitas Sancti Quintini obsidebatur † ab exercitu Regis Catholici, vti domino Flandriæ, cui à patre Carolo Quinto fuerāt renuntiati Status ;
87 in qua obsidione Rex ipse Philippus personaliter † interuenit, Thuan. lib.19.suarum historiarum tom.1.fol.398.col.2. littera D., auctor annotationum rerum occursarum ab anno 1550. vsq; ad annum 1561. in tertio tomo scriptorum rerum Germanicarum sub anno 1557.folio 490. & sic bellum erat offensiuum ex parte Regis Catholici, & defensiuum pro parte Regis Fräciæ, pro quo militabat Ludouicus Gonzaga : Nec in eo bello aliquid agere habuit Imperator, nam Carolus Quintus

Carolus V. quando se abdicauerit ab Imperio, & alijs Regnis.

88 anno præcedenti 1556.† se abdicauerat ab Imperio, & illud cesserat Ferdinando fratri iam antea Romanorum Rege electo, & prius alia
89 Regna, & Status de anno 1555.† renunciauerat Philippo filio. Belcarius in commentarijs rerum Gallicarum lib.27.sub nu.14. & 15. folio 878. Iacob.Aug.Thuan.suar.histor.tom.1.lib.16.fol.347. col.1.& libro 17.fol.370.col.1. & 2. Io:Serranus latino sermone traductus, in vita Henrici secundi Regis Franciæ sub anno 1556.fol.567.col.2. versic.Hoc quoque tempore Imperator, Natalis Comes historiarum sui temporis lib.9.fol.194.vers.His ita constitutis Cæsar, Auctor annotationum ab anno 1550.vsq; ad annum 1561. sub anno 1555. in tertio tomo diuersorum rerum Germanicarum fol.484. Alfonsus Vlloa in vita Caroli Quinti lib.5.fol.327.& 328. Ita quòd in defendenda dicta ciuitate Sancti Quintini nulla facta fuit offensa Imperatori, & si qua

Ludouicus bene mulctatus in se redimendo.

90 potuisset dici facta, nullam incurrisset priuationem, † quia fuit ipse Ludouicus plusquàm benè mulctatus, & condignam præbuit satisfactionem soluta grauissima impositione pro se redimendo, vt per Thuanum lib.19.fol.397.col.2. Anton.Posseuinus in dicta funebri oratione folio 12. qui ita scribit :

Essendoli

Essendoli in quella mischia veciso il cauallo sotto, mētre da Spagnoli, & da Valloni, che dapoi sopragionsero fù preso, nè gli vni à gli altri cedendo, & in quel feruore, che non patiua indugio correndo rischio d'essere amazzato, solo, & intrepido compose le parti, siche dapoi vsando di
91 *liberalità, con tutti sodisfece † alla taglia, che con gl'interessi, & principali gli costò da cento mila scudi.*

Parue donque, che Dio disponesse tutto quel fatto, accioche conosciu-
92 *to, come fù, dal Rè Cattolico, & riceuendone da S.M. honore, † & paterni auertimenti, & trattando con quei giouani, & veterani Capitani talhora, i quali erano nell'essercito del Rè di Spagna, doue parimēte haueua il Sig. Don Ferrando suo zio, e'l Sig. Marchese di Pescara, che fù.*
93 *suo cognato, ritornasse in Francia, come fece, munito † di consigli, i quali poi gli seruirono à seminare & religione, & pace co'i giouini Rè, i quali ad Henrico secondo succedettero.*

Ludouicus bene habitus à Rege Catholico, & bonis consilijs instructus, dimissus.

Vbi autem vasallus, qui commisit aliquid, propter quod veniret pri-
94 uandus feudo, satisfacit domino, tunc † purgat culpam, nec perdit feudum, cap. Imperialem, §. insuper, vbi Iacob. de Beluis. Bald. Aluarotus, Præposit. & Afflict. de prohibita feudi alienat. per Feder. & dixi supra in contrarijs nu. 12. præsertim quia cum bona gratia Philippi Regis Hispaniarum fuit dimissus, cui etiam paterna dedit consilia, vt paulò supra dixi ex Posseuino, quo casu quādo recipitur ad bonam gratiam, dicitur remissa felonia, vt dicam infra nu. 324. & 325.

Vasallus purgat feloniā mediate satisfactione.

Sed, vbi verum sit in facto, quod dixi me ignorare, nec vllibi legisse, nisi vt supra, dictum Ludouicum Gonzagam fuisse in exercitu Regis Franciæ, quādo dictæ tres ciuitates Tulli, Metis, & Veroduni peruenerunt ad ipsum Regem Christianissimum, non est priuandus sua gloria, & alijs medijs, quorum multa non desunt, excusandus venit ab hac impicta felonia.

Secundò igitur animaduertendum est, quòd ipse Ludouicus ante-
95 quàm nasceretur destinatus fuerat † à patre, vt inseruiret Regiæ Ma-
96 iestati Christianissimæ, & viueret in Gallia in dicto seruitio, † qui natus
97 die 22. Septembris 1539. leuatus fuit è fonte sacri Baptismatis † nomine ipsius Regis ab eius Oratore residente apud Venetos, & fuit postea
98 transmissus † à Cardinali Hercule patruo, & Margarita Paleologa
99 matre eius tutoribus de anno 1549. in Galliam, quo peruenit † die 14. Augusti eiusdem anni, & sic antequàm impleuisset decimum annū, non ea de causa tantùm, vt eidem Maiestati inseruiret, sed etiam vt
100 caperet possessionem † Baroniarum, & quarundam terrarum sibi obuentarum ex hæreditate Annæ de Alenconio, vulgò *d'Alansone*, eius auiæ maternæ, vt hęc omnia posteritati commendarunt Posseuinus Iesuita in fine dictæ suæ orationis funebris fol. 28. in hæc verba:

Secundum arg. quod excusetur, quia erat tantū ętatis 12. annorum cum dimidio.

Ludouicus quādo natus.

Quando peruenit in Galliam.

Alli 22. di Settembre 1539. Margherita Paleologa (figliola di Madama Anna d'Alansone, sorella di Francesca d'Alansone madre d'Antonio di Borbone Rè di Nauarra, & di Carlo Cardinale di Borbone) dāna d'al-

Ludouicus secūdus consobrinus Henrici quarti Regis Franciæ.

P 2 *tissimo*

tissimo sangue, & moglie dell'Illustrissimo, & Eccellentiss. Prencipe Sig. Federico Gonzaga Duca di Mantoua, & Marchese di Monferrato, partorì il suo terzo figliuolo maschio, il quale à nome del Rè Francesco Primo Rè di Francia fù tenuto à battesimo dal Sig. Ammiraglio d'Anebault nella Città di Mantoua, & nominato Lodouico Gonzaga, il quale dapoi gionse in Francia alli 14. Agosto del 1549. & entrò poi in possesso

A quo susceptus è sacro, fonte Baptismatis.

Terra, quas habebat in Fräcia Ludouicus, q̃n eò se transtulit.

101 *delle cose di Madama d'Alansone sua auola, cioè delle terre, † & barronie della Guercia, di Pouanzay, & di Castellogontier, & di Senonces, & di Bresolles (oltre la parte, ch'egli haueua in Italia tanto di Salarolo, quanto di centocinquantasei milla scudi per supplimento della parte, che gli toccaua) oltre i dieci milla scudi d'entrata di possessioni, ilche tutto vendette per seruigio della Corona di Francia.*

Or venendo in Francia puose in esecutione il seruigio, à cui era stato destinato innanzi, che nasceße dal Signor suo padre Duca di Mantoua, conforme à quel, ch'il detto Rè Francesco Primo l'haueua pregato . . .

Et Frater Hippolytus Donesmundus Minorita in historia Ecclesiastica Mantuæ parte 2. lib. 9. fol. 333. ibi:

Nacque dunque questo sì degno Prencipe in Mantoua a' 22. di Settembre 1539. di Federico Primo Duca, & di Margherita Paleologa (figliola già d'Anna d'Alansone sorella di Francesca, qual fù madre di Antonio Borbone Rè di Nauarra, & di Carlo Cardinale) e tenuto à battesimo dall'Armiraglio di Anebault Ambasciator Francese presso la Signoria di Venetia, à nome di Francesco Primo Rè di Francia, fù chiamato Lodouico, il quale in età di dieci anni fù mandato dal Zio il Cardinal Hercole, & dalla madre tutori in Francia, non tanto per pigliar il possesso de' beni di Madama d'Alansone sua auola à lui già come terzogenito lasciati, ch'erano le terre, & barronie della Guercia, di Pouuazay, di Castellogontier, di Senonces, e di Bresolles, quanto per seruire à quella Corona, regnando all'hora Henrico Secondo.

Missus in Galliä à tutoribus.

Ita quòd, quando de anno 1552. de mense Aprilis dictæ tres Ciuitates Imperiales se dediderunt Regi Franciæ, metu eius exercitus, vtcumq; fuisset in ipso exercitu vix excesserat † annum 12. cũ dimidio.

Ludouicus ætatis annorũ 12. cum dimidio, q̃n tres Ciuitates Imperiales fuerunt captæ à Gallis.

102

103 Vnde, cum felonia sufficiens ad priuationẽ feudi † non cõmittatur sine dolo, secundum Bald. in l. solemnibus. 25. nu. 6. C. de rei vindic. Curt. iun. cons. 142. sub nu. 14. vers. Secundò monetur, Siluan. de feudi recognition. quæst. 64. sub nu. 4. in fine, Cacheran. cons. 64. nu. 16. Roland. cons. 18. nu. 18. vol. 1.

104 Vel saltem sine lata culpa, † quam sufficere absque vero dolo, defendit latè Schrader. de feud. in secunda parte nonæ partis princip. sectione 7. in qua opinione videtur tandem residere etiam Rosental. cap. 10. quæst. 12. nu. 3. & quæst. 17. nu. 32., licèt disputet, & multa recenseat pro prima opinione, quòd requiratur dolus, dicto cap. 10. quæst. 12. maximè nu. 4. in glos. d. & nu. 10. in fine.

An in felonia requiratur dolus, vel sufficiat lata culpa.

105 Et saltem videatur necessarius dolus, quando † prætenditur felonia coniuncta

coniuncta cum rebellione, vt per textum in l. 1. ibi, *dolo malo*, ff. ad legem Iuliam Maiestat, post multos tradit Rosental. cap. 10. quæst. 35. in glos. bb. Bardellon. cons. 101. nu. 39. & 40.

Vasallus nō priuatur, nisi committat feloniā scienter.

106 Et cùm vasallus, qui imputatur de felonia, debeat scienter † illam
commisisse, aliàs non incurrat priuationem, putâ si assalierit Castrum
domini, quod sciat illud esse domini, vel si assalierit Castrum alienū,
in quo adsit dominus, quòd sciat illum ibi adesse, cap. 1. ibi: *Similiter,
si dominum assalierit, vel Castrum domini sciens*, quib. mod. feud. amittat. tit. 1. vbi Aluarot. in dicto §. similiter, sub nu. 3. ita declarat, quòd si
107 sciat Castrum esse domini, non referat, † an sciat ibi adesse, vel non
dominum, secus si Castrum sit alienum, nam debet scire ibi extare
dominum, idem probatur in cap. 1. ibi: *Si scienter seniores assalierint*, quib. modis feud. amittat. tit. 2. Rosental. cap. 10. quæst. 18. nu. 10. 11. & 24. Bertrand. cons. 1. nu. 21. part. 1. primi voluminis.

Scientia nō præsumitur in pupillo, sed ignorantia.

108 Et cùm scientia nō præsumatur † in pupillo, vel minore, sed ignorantia, l. 3. ibi: *Proinde, & in eo, qui scire non potuit, an filiusfamilias sit Iulianus, lib. 12. Digestorum cessare Senatusconsultum ait, vt putà in pupillo, & minore vigintiquinque annis*, ff. ad Macedonian. l. cum de indebito, 25. §. si autem is, qui indebitum quæritur, ff. de probat., l. 1. ibi; *Impuberes verò etiam si conscij fuerint*, (loquitur in delicto falsæ monetæ) *nullum sustineant detrimentum, quia ætas eorum quid videat*
109 *ignorat*. vbi glos. in verb. *ignorat*, dicit hanc esse † præsumptionē iu-
ris, C. de falsa moneta, l. final. ff. de iuris, & facti ignorantia. *Impube-*
110 *res* (inquit textus) *sine tutore agentes † nihil posse, vel scire intelligun-
tur*. Guid. Papa in tract. de præsumpt. nu. 89. Becci. cons. 111. nu. 14.;
111 & latè de imbecillitate † pupilli, eius præsumpta ignorantia; & non
præsumpto consensu agit Surd. decis. 100. nu. 2., nec in pupillo præ-
112 sumatur † dolus, Farinac. quæst. 89. nu. 49.

Ex prædictis omnibus dicendum videtur ipsius Ludouici nullum nedùm dolum, sed nec culpam, propter quam priuari meruerit, vel potuerit, agnoscendam esse.

Pupillus proximus pubertati potest esse doli capax.

113 Et licèt pupillus proximus pubertati possit esse † doli capax, & scire quid faciat, glos. in d. l. final. in verb. *intelliguntur*, ff. de iur. & fact. ignorant. per text. in l. pupillum, 112. aliàs 111. ff. de regul. iuris, & l. impuberem, 23. vbi glos. in verb. *capax sit*, ff. de furtis, & in l. hæredibus, 14. §. 1. ff. de dolo malo, & in l. 3. propè finem, vers. *sed & si ipsius pupilli*, ff. de tributor. action., Celsus Bargal. in tractat. de dolo, libro 3. cap. 1. nu. 7. cum seqq. fol. 247.

Pupillus an dicatur proximus pubertati quid cōsiderandum.

114 Tamen quis dicatur proximus pubertati † non tàm ex annorū nu-
mero, quàm ex personæ conditione, & actus qualitate spectādum est,
115 vt probant textus in l. 1. ibi: *Si tamen delictum non ex animo, † sed ex-
tra venit, noxia non committitur*, C. si aduersus delictū, & melius l. im-
116 punitas, 7. C. de pœnis, vbi impunitas delicti conceditur, † si quis sit in
ea ætate, in quam crimen, quod intenditur, cadere non possit; ex qua

lege

lege benè probatur, quòd si quis esset proximus pubertati, si tamen in ea ætate crimen impictum verisimiliter cadere non posset, excusare-
117 tur, & quòd proximitas pubertati non tàm ex annorum † numero, quàm (vt dixi) ex personæ conditione, & actus qualitate dijudicãda sit, tradit magistraliter Menoch. de arbitrarijs casu 57. nu. 45. vbi ad-
118 dit etiam id considerandum esse ex qualitate † regionis, in qua pupillus natus sit, subdens ex Iulio Materno in Astronomicis, de quo meminit Petrus Crinitus de honest. disciplin. lib. 1. c. 6. & lib. 4. cap. 14.,
119 in Hispanis † tanquàm versutis, & callidis, & elata iactantiæ animositate præpositis, citiùs admittendam esse pubertatis proximitatem, & doli capacitatem, citans etiam ad hoc glos. in l. dolum, 6. in verbo *con-*
120 *uenit*, † vbi Petr. Odofred. & Castr. C. de dolo malo; è contra (inquit Menoch. ibidem nu. 49. ex eodem Materno) erit de Gallis arbitran-
121 dum † tanquàm personis simplicis naturæ, & quos, vt ego addo, Hir-
122 tius libro vnico de bello Africo fol. mihi 602. nuncupat † *homines apertos, minimeq; insidiosos, qui per virtutem, non per dolum dimicare consueuerunt*. tardius autẽ dolus præsumetur in Italis ex ipso Meno-
123 chio loco prædicto, cũ sint † regali semper nobilitate præfulgidi.

Qui ex qualitate regionis præsumatur citius doli capaces, & qui tardius.

Galli homines scynceri.

124 Et ideo magis communiter receptum est relinqui † arbitrio iudicis, quando quis dicatur proximus pubertati ad effectum, vt de dolo teneatur, provt de veriori, & communiori opinione testatur Menoc. de arbitrarijs, dicto casu 57. nu. 44. vers. Sexta itaq;, Bargal. de dolo libro 3. cap. 1. nu. 15. fol. 248.

Arbitrio iudicis relinquitur quis dicatur proximus pubertati.

In proposito autem casu certè nemo nec posset, nec deberet arbitrari Ludouicum fuisse in aliquo dolo, vel lata culpa; Non ex eo, quòd accesserit ad Regem Franciæ, quia id non fuit ex eius electione, sed transmissus à tutoribus, quibus non potuit non parere in tam tenera ætate, & præsertim Cardinali Herculi patruo viro tantæ auctoritatis;
125 & dolum non committit, † imò velle non creditur, qui similibus personis, sub quarum obedientia degit obtemperat, l. velle non creditur,
126 4. ff. de regul. iur. Et id contigit eo tempore, quo † nullæ intercedebant inimicitiæ inter Imperatorem, & Regem Franciæ, nec inter eos tunc gerebatur aliquod bellum, quia, vt dixi nu. 98., ipse Ludouicus
127 profectus est in Franciam de anno 1549. & bella inchoarunt † tantũ
128 de anno 1551. occasione belli promoti à Carolo Quinto † contra Ducem Parmæ pro eo priuando dicta Ciuitate, sicuti fecerat de Ciuitate Placentiæ, in quibus tamen nullum ius habebat, cùm eas tene-
129 rent † Farnesij à Summo Pontifice, qui Dux Parmæ in clientela, &
130 sub protectione Regis Franciæ viuebat, † vt hæc omnia, & hanc fuisse belli occasionem, scribit Iacobus Augustus Thuanus lib. 8. suarum historiarum tom. 1. fol. 168. cum seqq. Ita quòd dici nequit eum tunc venisse ad inimicum Imperatoris.

Dolum nõ committit, qui paret ei, sub cuius obediẽtia degit.

Occasio belli inter Regẽ Franciæ, & Carolum Quintum orta postquam Ludouicus fuit ĩ Gallia, & vnde orta.

Non ẽt posset arbitrari in dolo, vel culpa lata, si in dicta ætate fuisset in exercitu Regis, quando ipsæ tres Ciuitates se illi dediderunt.

Tùm

Tùm quia credibile est iussu ipsius Regis, apud quem degebat in-
131 terfuisse,cui nec ratione ætatis,nec subiectionis non poterat † non
obedire; & qui coactè militat aduersus dominum directi nõ priuatur
feudo,glos.in cap.1.§.porrò, in verbo *perdit*, vers.*vt igitur nulla sit*
hæsitatio,quæ fuit prima causa beneficij amittendi,Ioan.de Imol.con-
sil.34.nu.3. vbi loquitur in verisimili,non certitudinario metu, Clar.
de communi,§.feudum,quæst.61.Roland.cons.1.nu.110. vol.3. Fa-
chin.cons.15.nu.2.vol.1. Bursat.cons.72.nu.20.Bardellon.cõs.101.
nu.37.Rosental,cap 10.quæst.12.nu.10.& 27. & quæst.19.nu.13.

Militans coactè cõtra dominum directi non incurrit priuationem.

132 Coactè autem facere dicitur,† qui Principis iussu,imò etiam preci-
bus tãtùm aliquid facit,cap.cùm inter,16.in illis verbis: *ad componen-*
dum coegit inuitum,iuncta expositione Innocentij, ibi, qui in primis
verbis exponit, *inuitum putà,quia deuictum instantia precum*, extra
de election., Tiraquel.de pęnis temperand.caus.35. num.3. Loffred.
cons.17.nu.24. dixi in mea controu.forens.291. nu.55: *& velle non*
133 *creditur*,† *qui obsequitur imperio patris,vel domini*,l.velle,4.ff.de re-
134 gul.iur. *& eius nulla culpa est*, † *cui parere necesse est*,l.is damnũ,129.
aliàs 130.§.1.ff.de regul.iur. Tùm ẽt non potuit incurrere aliquã pœ-
135 nam,quia licet pupillo ius ignorare,† l.regula,9.vers.*videamus*,ff.de
iuris,& facti ignorantia. Et non est credibile eum sciuisse,quòd mili-
tando in eo bello potuisset priuari spe succedendi quandoq; in feudo,
quòd tunc non possidebat, maximè quia militasset pro Rege,sub cu-
ius dominio habebat de præsenti multa feuda, vt deducam inferius
num.174.

Coactè facit qui Principis iussu, vel precibus facit.

Pupillo licitum est ius ignorare.

Tùm demum non potest considerari in eo aliquis dolus,vel culpa,
quia non erat ætatis idoneæ ad vtendum armis,vel præstandum con-
136 silium in bello,licèt enim impubes,& pupillus † possit esse miles,l.fi-
nal.C.de testamento militis,vbi scribentes omnes,l.sed & milites,10.
vers.*iam verò militi impuberi*,aliàs est in l.veterani,8.§.qui inter vigi-
les,dicto vers.*iam vero militi*,ff.de excusat.tutor., Bart.in l.in ratione,
11.§.quod vulgò,ff.ad legem falcidiam,Tiraquel.de nobilitat.cap.6.
137 sub nu.28. vbi ex Antonio Augustino animaduertit † in dicta l.sed
& milites,malè ex græco in latinum versum fuisse *impuberi*, cùm de-
buisset verti *minori*,provt legitur in pandectis Florentinis, quod etiã
ex ipso versiculo colligitur, dùm dicit ei dandum curatorem, qui re-
138 gulariter datur † adulto,non autem impuberi, & Cynus notat dictã
139 l.final. C.de testam.milit. pro Regibus,† qui consueuerunt facere fi-
lios suos impuberes milites, vnde Renatus Choppinus in tractatu de
Domanio Franciæ lib.3.tit.26.nu.13.fol.574.curiosè disputat, an fi-
140 lius † Regis Franciæ nascatur Eques,& videtur concludere talem nõ
nasci,sed creari debere, & ideo Henricus Quartus Rex Franciæ sta-
141 tim nato eius primogenito nũc præsenti Rege,qui natus est † die Io-
142 uis 27.Septembris 1601.in vesperis,ei gladiũ manui insuerit† dicens:
Vtinam mi fili eo ad gloriam Dei,& Coronæ,ac populi defensionem vta-
ris.

Ludouicus non erat ætatis idoneæ ad vtendũ armis,qñ captæ fuerũt illæ tres ciuitates.

Pupillus an possit esse miles.

Delphinus Frãciæ an nascatur Eques, vel debeat creari.

Henricus Quartus Rex Frãciæ ensem impugnauit filio statim nato.

Ludou. XIII. Rex Franciæ modernus quando natus.

ris. Io: Serranus latinè traductus in vita dicti Henrici Quatti fol. 792. col. 1. versic. Vespera diei Iouis.

Pupillus quo possit esse miles.

143 Id tamen non est de iure, † nec armorum exercitio consentaneum, sed tantùm ex priuilegio Principis, vt obseruant Bald. in d. l. final. sub nu. 1. vbi dicit, quòd de iure communi pupillus non potest esse miles, & ibidem Alexander pariter sub nu. 1. C. de testam. milit. vbi Cynus in fine explicat quomodo hoc possit practicari, inquiēs: *Dic, quòd ho-*
144 *norem potest habere † sine administratione, vel potest habere, vt non exerceat nunc, sed cum erit legitimæ ætatis*. Et quòd talis ætas duodecim annorum cum dimidio, cuius erat Ludouicus, vt dixi nu. 101. in

Aulus Gellius an Agellius dicendus.

145 fine, de anno 1552., nō sit apta militiæ, † notat Aulus Gellius (quem
146 nouiores malunt † vocare Agellium) noctium Atticarū lib. 10. cap. 28. vbi inquit Seruium Tullum decreuisse, quòd minores septemde-
147 cim annis haberentur † pro pueris, & non idoneis ad militiam, Petrus Crinitus de honesta disciplina lib. 5. cap. 9. vbi addit Seruium ipsum
148 prudentissimum † habitum fuisse, & ob id benè distribuisse dictam ætatem ad militiam, Alexander ab Alexandro Geniali. dierum lib. 1. cap. 20. vbi Tiraquel. in additionibus ad eum, dicit, quādoq; à Roma-
149 nis propter necessitatem † aliud obseruatum, sed nunquam minores sexdecim annis aptos iudicasse, Petrinus Bellus de re militari part. 1. tit. 7. Imperialis Cinuzzius in sua disciplina militari lib. 1. cap. 25. fol. 74. vbi ita scribit: *Quando s'eleggono i soldati nuoui, si dee, come hab-*

Miles adolescēs cuius ætatis ad minus esse debeat.

Milites cuius ætatis elegebātur à Romanis.

150 *biam detto di sopra, por mente, che † siano d'età da sedici anni à trentacinque, perche se fossero da sedici in quà, sarebbono di troppa tenera età, nè punto buoni per non poter sopportar le fadighe nè disaggi, che bisogna del continuo sofferire; dell'eleggerli più giouani con fanie*[illegible] *fu anticamente prohibito per legge, che propose Gaio Gracco quando era*
151 *tribuno della plebe*. Vegeti. de re militari, lib. 1. cap. 4. laudat † quidem à pubertate instituendos esse milites, non tamen asserit esse tūc aptos, sed euadere habiliores, si à pubertate incipiant institui, & adhuc ipse non obstat, quia Ludouicus nōdum erat pubes, & Vegetium videtur interpretari Lipsius in sua Politica lib. 5. cap. 12. vers. At nota altera, vt non eligantur à prima pubertate, sed ab ætate annorum 17. vt per eū ibi versic. legi igitur. Cæsar in suis commentar. de bello Gallico lib. 3.

Cæsar quo intelligēdus, dū vocat aliquos Duces adolescentulos.

152 fol. 93. appellat † Publium Licinium Crassum ducem militum adolescentulum, & sæpe alios duces enunciat adolescentes, sed res gestæ manu, & consilio à Crasso, & alijs ab eo descriptæ suadent eos non
153 fuisse impuberes, † & ipsum accepisse adolescentiam, prout accipitur
154 in iure † vsq; ad vigesimum quintum annum, iuxta l. 1. paulò ante finem, ff. de minoribus, & sic de minoribus vigintiquinque annis, vt circiter inter decemocto, & viginti annos.

Adolescētia dicitur vsque ad annos 25.

Vbi autem quis est in ea ætate, in qua crimen obiectum verificari
155 non potest, tunc impunis euadit, † vt dicebam supra nu. 116. ex l. impunitas, 7. C. de pœnis, Et in proposito de adolescente nondum ætatis

aptæ

156 aptæ ad bellum, quòd non priuetur † feudo, scribit Roland. consil. 1. nu. 91. 103. 109. & 113. vol. 3. cuius doctrina licèt in se vera, & in ca-
157 su nostro verissima, patitur tamen † controuersiam in eo casu, quia ille Comes Scipio erat annorum decemocto, per ea, quæ in illa causa in contrarium scripsit Menoch. cons. 102. maximè nu. 40. cum seqq.,
158 & in minori quattuordecim annis, † idem cum Rolando sentit Rosental. cap. 10. quæst. 12. nu. 30., & indistinctè minorem excusat Gratian. disceptat. forens. 801. nu. 23.

Adolescens non aptus ad arma, non dicitur cōmittere feloniā.

Sicuti autem impubes non est aptus corpore ad bellandum, ita nec
159 valere consilio, † probat d. l. final. C. de testam. militis, dùm prohibet
160 eū, licèt militem, testari † propter mētis imbecillitatem in hæc verba:

Impubes miles nō potest testari, quia caret iudicio.

Licèt antiquis legibus permittebatur pupillis, si tribunatum numerorum merebantur vltimum elogium cōficere posse, attamen indignum nostris temporibus esse videtur eum, qui stabilem mentem nondū adeptus est, propter priuilegia militum sapientium hominum iura pertra-
161 *ctare, & in tam tenera ætate ex tali licentia parentibus † fortè suis, vel alijs propinquis nocere, propriam substantiam extraneis relinquendo.*

Sed adhuc, vbi fuisset ætatis aptæ ad bellum, & pugnam, tamen nō
162 præsumeretur † in dolo, nec in aliqua culpa sufficienti ad priuationem, nisi probaretur ex aduerso; quia, vbi actus, qui geritur, est indifferens ad bonum, & malum, & potest esse cum dolo, aut culpa, vel sine dolo, & culpa, & est in genere permissus, sed in aliqua specie potest
163 esse prohibitus; tunc † si fit palàm, non præsumitur illicitus, sed tantū si fit clàm, Iacob. Butrig. in l. dolum, 6. & ibidem Bartolus tàm in prima, quàm in secunda lectura, & Fulgosius sub nu. 1. C. de dolo malo, & in materia nostra, quòd vbi actus potest esse licitus, & illicitus, non
164 præsumatur † talis, vt censeatur offensus dominus, & incursa priuatio, nisi probetur, docuerunt Isern. in cap. 1. quod incipit, *si Capitanei*, propè finem, quib. mod. feud. amittat. tit. 2. Martin. Laudens. in cap. 1. §. porrò, nu. 9. vers. Sed difficultas, quæ fuit prima caus. benefic. amittend., Roland. cons. 1. num. 87. vol. 3. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 40. nu. 29. Schrader. de feud. in prima parte nonæ partis cap. 9. quæst. 12. nu. 13. & nu. 34. in fine.

Actus indifferens non præsumitur dolo commissus, nisi probetur.

Et hoc casu, licet actus verè resultasset in perniciem domini, tamen,
165 nisi probaretur consultò factus, præsumeretur † per errorem id contigisse, Schrader. de feud. part. 1. nonæ partis principalis, cap. 3. sub nu. 13. vers. quinimò si nullum odium, Bardellon. cons. 101. nu. 49. vol. 2.

166 Bellum autem est actus indifferens, † nam potest esse licitum, & illicitum, & adeo potest esse licitum, vt hæresis sit affirmare generali-
167 ter, † & indistinctè illud esse illicitum, Alphons. de Castro aduersus hæreses in verb. *Bellum*, fol. 158. in parua impressione, Bellarmin. in secundo tomo suarum controuersiarum lib. 1. titulo de laicis, cap. 14. fol. 476. Molina de iustitia, & iure, disput. 99., & quòd possit esse lici-
168 tum † deduxi in octauo articulo, ideo probandum esset ipsum Ludo-

Bellū potest esse licitum, & illicitum, & hæresis est asserere, quod indistinctè sit illicitum.

169 uicum sciuisse illas Ciuitates esse alienas,† & nedùm alienas,sed Imperiales,vt dixi supra nu.106.& 107.ex Aluarotto in cap.1.§.similiter,sub nu.3.versic.nam fateor,quòd in casu nostro, Quib.mod.feud. amittat.tit.1.& Rosental.cap.10.quæst.18.nu.24.qui plures alios allegat in littera u, quibus confert Anton.Quetta cons.1.nu.6.,& pro-
170 bandum foret † ipsum sciuisse bellum geri contra Imperatorem non defensiuum,sed offensiuum,& vti contra Imperatorem,non autem vti dominum Flandriæ,& in iure ipsum sciuisse, potuisse cadere à spe succedendi quandoq; in istis feudis; quæ sicuti verisimile est puerum duodecim annorum cum dimidio ignorasse, ita credibile est nunquã contrarium probatum iri à contendentibus hanc priuationem.

Et ideò, cùm in proposito dubitatur de amissione feudi,& hoc re-
171 linquatur† subtilitati,& discretioni Iudicis, an possit intrare priuatio, Aluarot.in cap.1.§.item si fidelis,sub nu.5.paulò ante finem dicti numeri,vers.& vbi esset dubium, Quib.mod.feudum amittat. tit.1., nemo poterit ex superius adductis in hoc secundo fundamento vnquã moueri ad arbitrandum,& credendum vllam sufficientẽ culpam posse considerari in puero tam teneræ ætatis, qui potuerit, voluerit, vel sciuerit,& crediderit offendere Imperatorẽ,non tunc dominũ suum, sed quandoq; futurum dominum directi, & causam nedum probabilem,sed etiam iniustam excusare etiam in crimine læsæ Maiestatis, scribit ex Craueta Menoch.de recuper.possess. remed.5. nu.52.

Tertiũ, & præcipuum argu. & possidens feudũ de præsenti à posteriori dño pôt, imò tenetur militare cõtra antiquiorem,à quo habet tãtũ spẽ.

Tertiò,pater Ducis Caroli non potuit incurrere aliquam priuationem ob causam prædictam,quia ipse nõ possidebat aliqua feuda, quæ recognosceret ab Imperatore,quia habebat fratrem præcedentem in primogenitura,nec iurauerat aliquã fidelitatem ipsi Imperatori; habebat tamen multas terras beneficiarias Regiæ Coronæ in Gallia,de quibus faciunt mentionem Posseuinus Iesuita, & Donesmondus Minorita,vt obseruaui,& eas recensui supra sub num.100.& 101.licèt

Dux Ludonicus qñ habuit Ducatum Niuernij, à quo, & qñ duxit vxorem.

172 adhuc non esset † Dux Niuernij,quia Ducatum illũ habuit ab Hen-
173 richetta de Cleues vxore,quam nõ desponsauit † nisi de anno 1565. die 4.Martij, vt testes sunt Posseuinus Iesuita in fine dictæ orationis funebris folio 29.& Dunesmondus in historia ecclesiastica Mantuæ lib.9.fol.334.

Quando autem quis recognoscit de præsenti aliqua feuda à domino posteriori,& eius frater,vel alter agnatus tenet aliqua à domino antiquiori,quæ per mortem possessoris possent ad eum tanquàm de-
174 comprehensis deuoluere, tunc ille tenetur † in bello auxilium præstare,& seruire domino posteriori,etiam contra antiquiorem, à quo de præsenti nullum habet feudum,sed spem tantùm succedendi eueniente casu per lineam finitam possessoris, nec incurrit aliquam priuationem,etiam purificata successione. Hanc conclusionem firmarunt Schrad.de feud.p.6.c.5.n.5.to.1.fo.127.in hæc verba, q̃ libẽter adscribo,quia hoc fundamentũ etiam vnicum sufficit ad victoriam.

Similiter

175 *Similiter vasallus possidens feudum obligatur † domino feudi, etiam
*contra eum, à quo ipse in præsentiarum feudum nō possidet, sed vel fra-
*ter, vel agnatus suus feudum possidet, quod tamen morte huius fratris,
*vel agnati ad hunc vasallum redibit; Neque ipse præstando servitia do-
*mino, à quo in præsentiarum feudum possidet cōtra eum, à quo agnatus
*suus feudum, ad quod ipse spem successionis habet, possidet, ius illud,
*quod in hoc feudo habet amittit, licèt is, contra quem hoc servitium
præstat, sit antiquior dominus feudi.

Et Rosental. de feud. cap. 8. quæst. 14. nu. 10. cuius verba sunt:
*Sed & contra eum, à quo frater, aut alius agnatus hoc tempore feudū
*nostrum paternum possidet (quod post mortem illius agnati ad me de-
176 *voluetur) iuuare oportet † dominum meū iuniorem, quandiù hoc feu-
dum paternum ad me nondum peruenit. Idem probauit Andreas Kol.
in tract. de seruitijs feudalibus, par. 3. nu. 23. fol. 154. inquiens:
177 *Tenetur enim † vasallus adiuuare dominum suum etiam contra do-
*minum fratris, vel agnati possidentis feudum paternum, siuè antiquū,
in quo ipse successurus est. Qui mouentur per textum in cap. 1. §. fina-
178 li in titul. Hic finitur lex, vbi vasallus contra omnes † debet dominū
adiuuare, & per textum in cap. 1. de noua forma fidelitatis, vbi va-
179 sallus iurat † domino suo fidelem contra omnem hominem.
180 Et licèt ibi excipiatur † Imperator, tamen ista exceptio non habet
181 locum respectu Regis Franciæ, qui non recognoscit † Imperatorem
nec de facto, nec de iure, cap. per venerabilem, 13. versic. *Insuper, cum
Rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat*. & ibi Innocen-
tius sub nu. 3. in verb. *recognoscat*, qui filij sint legitimi, Oldrad. consil.
69. in fine, Angel. in l. Imperatores, 21. in princip. ff. de appellat., Petr.
Iacob. in sua practica in tit. *de causis, ex quibus vasallus quantum est de
iure scripto debet amittere feudum*, vers. sed si Rex Franciæ, qui non
cognoscit, fol. mihi 115. col. 3. dicti folij post medium in impressione
antiqua Lugdunensi anni 1535. Cardin. Tuscus in verbo *Rex*, concl.
344. nu. 1. tom. 7. fol. 60. Lupus de illegitim. commentar. 3. §. 3. nu. 8.
Et vbi vnus dominus non habet potestatem in alterum dominū eius-
182 dem vasalli, non opus est † reseruare eius personam, Andr. Kol. de
seruitijs feudalibus part. 3. sub nu. 48. vers. secus hic, vbi dominus, fo-
lio 168. & probat textus statim allegandus.

Imperatoris personam qui non sit necesse excipere in iuramēto fidelitatis.

Rex Frāciæ non recognoscit Imperatorem.

Et denique mouentur prædicti doctores firmantes principalē con-
clusionem huius tertij argumēti per textum in cap. satis benè, de pro-
hibita feudi alienat. per Lotharium, vbi vnus ex duobus fratribus, cui
in diuisione obuenit vnum ex feudis paternis, quòd pater recogno-
183 scebat à domino posteriori faciendo fidelitatem de eo suo † domino,
nullum alium dominum habere videtur, & ei nullo anteposito iurat
fidelitatem.

Quam vltimam rationem ex Aluarotto, Baldo, Præposito, & Affli-
cto in dicto cap. satis benè, de prohibita feud. alienat. per Lotharium,
explicat

Articulus Septimus

explicat Rosental.d.cap.8.quæst.14. in glos.1. dicens: *Ita tenet Aluarot.in cap.1.de prohibit.feud.alienat.per Lothar. in §.satis, ex ratio-*
184 *ne,quòd,cum in præsentia altum dominum non habeat,† ideoq; ei iuret contra quemcũque,& dominum fratris sui,licèt parens feudum à fratre possessum, priusquàm illud,quod ad se deuolutum est diuisione,& cuius nomine iuramentum præstitit,consecutus fuerit*. & subdit ipsũ textum in dicto §.satis benè, ita intelligere Præpositum, Baldum, Afflictum,& Schradetum.

Obiectum propositum nu.11. resolutum.

Neque huic firmatæ conclusioni obstat, quod dicebam in contrarijs nu.11. vasallum cõmittentem feloniam, vel militantem contra dominum,priuari spe succedendi in feudo, quod quandoq; ad eum
185 deuoluere posset,quia textus ille procedit,† & loquitur in eo, qui offendit non seruiens alteri domino,cui obligatus sit,& iurauerit fidelitatem; quia nullo iure facit,secus in casu nostro,in quo vasallus habet alium dominum,cui tenetur seruire contra omnes,& sic non solũ non facit quid illicitum;sed imò quod facere tenetur, nec erga illum, contra quem militat de præsenti,habet aliquam fidelitatis obligationem ex superius proximè deductis.

Quartum argumentũ Dux Ludouicus non cõmisisset crimen læsæ Maiestatis, quamuis militasset cõtra Imperatorem,quia trãstulerat domiciliũ in Galliam.

Quartò, vbi verum esset quidquid supponunt aduersantes, adhuc non fuisset commissum crimen læsæ Maiestatis,quia,& si crebrius re-
186 ceptum sit, vt tale crimen committat,† nedùm vasallus, qui habitat in loco,quem tenet in feudum ab Imperatore,& sic sit subditus,nedũ
187 alio respectu, sed etiam ratione domicilij † in loco feudi tantùm, vt probat textus in Clement.Pastoralis,2.§.*rursus non est silentio*. & ibi Cardinal.in tertio notabili de sentent.& re iudic. Decian.in tract.criminal.lib.7.cap.32.num.42. Rosental.de feud.cap.11.quæst.14.sub nu.2.vers.nam si isthic, & supponunt statim allegandi.

Subditus vasfali an committat crimen læsæ Maiestatis in Imperatorem.

188. Sed etiam idem crimen incurrat † subditus vasalli,qui tenet feudũ ab Imperatore habens domicilium in ipsa Ciuitate, vel alio loco infeudato, Anchar.cons.161. vbi supponit subditos Castri Tumbæ infeudati cuidam Galeotto rebellantes commisisse crimen rebellionis; etiam respectu Papæ Bonifacij Noni domini directi, Bossi.in tit. de crimine læsæ Maiest.nu.99.vsq; ad nu.102. Rosent.de feud. cap.11. quæst.14.sub nu.2.vers.sed quid si non sit subditus immediatus.

Et non solùm receptum sit tale crimen cõmitti,si ibi in loco infeu-
189 dato habeat domicilium subditus, sed etiam si habeat † inde originẽ tantùm,& alibi domicilium, nam offendendo Imperatorem dicitur committere crimen læsæ Maiestatis ratione originis, quam haber in eo loco directi dominij ipsius Imperatoris,vt probat d.Clement. Pastoralis,2.dicto §.*rursus non est silentio*,de sentẽt.& re iudicar. & sentit glos.in tit. Qui sint rebelles, in verb.*rebellando*, versic.*Sed Papa ibi in §.rursus,determinauit contrarium,dicens eum, qui est de terris Ec-*
190 *clesia ratione originis,& domicilij,non † posse dictum crimen committere in Imperatorem.* Albericus,licèt subdubius,in l.quisquis,5. propè

finem,

finem, C. ad legem Iuliam Maiestatis, Boss. in tit. de crimine læsæ Maiestatis num. 95. 97. & 101. in fine, Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 32. nu. 40. Rosental. dicto cap. 11. quæst. 14. sub nu. 2. vers. disputant multi, in glosa d., Farin. de crimine læsæ Maiestat. q. 112. n. 158.

Tamen nullis ex dictis respectibus potuit Ludouicus incurrere dictum crimen, quia omisso, quòd antequàm nasceretur fuerat destina-
191 tus † ad degendum in Gallia, & seruiendum ipsis Regibus, vt scripsit Posseuinus Iesuita, cuius verba retuli supra sub nu. 101., ipse, etsi habuerit originem, & natus fuerit in Ciuitate Mantuæ, nihilominus de licentia, imò ex ordinatione tutorum Principis, qui dicuntur habere
192 administrationem † meri, & mixti Imperij, cap. grandi, 2. vbi Franc. sub nu. 4. de supplend. neglig. prelator. in sexto, Bart. in l. quidam consulebant, 57. nu. 13. ff. de re iudicata. Natt. cons. 631. num. 28. dixi in mea controu. forens. 150. nu. 123. & sic ipsiusmet Principis, qui in
193 Ciuitate Mantuæ † habet iura Imperij, vt dixi in quarto articulo, & tradit Lupus in tract. de illegit. & natural. commentar. 3. §. 3. nu. 21.,
194 dereliquit domicilium † originis, & transtulit illud in Galliam, quia vendidit omnia bona territorij Mantuani, vt dixi ex Posseuino sub nu. 101. & duxit ibi vxorem, & ibidem semper permansit, procreauit, educauit, & matrimonio ibi quoq; collocauit filios, & eo animo in
195 Franciam se contulit, ex quibus domicilium primum perditur, † & aliud acquiritur, vt per Menochium de arbitr. iudicum, casu 86. nu. 2. cum seqq.

196 Nec facessit negotiũ, quod patriæ origo sit immutabilis, † l. assumptio, 6. in princ. ff. ad municip. l. fin. C. de municip. & originar. lib. 10. quia vltra ea, quæ latè pro dissolutione similis motiui adducit Laderchi. cons. 74. sub nu. 5. vers. Non obstat, quòd origo, & nu. 7., vbi pro-
197 bat hodie posse deseri, † & perdi domicilium originis, dico, quòd vo-
198 lente superiore, & Principe † non videtur dubitandum, quin possit derelinqui, & aliud acquiri absq; præiudicio successionis feudorum, quia nihil commune habent cum ciuilitate, nam quis potest esse va-
199 sallus, † & non subditus, vt in dicta Clement. pastoralis, 2. de sententia, & re iudicata, & mox dicam nu. 205.

Neque dici potest hoc à Duce inuestito non potuisse fieri in præiudicium Imperatoris, quia cùm haberet iura Imperij, & hoc caderet,
200 & veniret sub administratione, & Imperio, potuit † id ordinare, & concedere, per ea, quæ latè dixi in mea controu. forens. 204. num. 93.
201 94. & 95., & leges in oppositum adductæ procedũt † vel quò ad veritatem facti, quia facta sunt immutabilia, & qui natus est in aliquo loco, non potest aliquo suo facto, vel voluntate facere, quod ibi natus
202 non sit, vel procedunt, † ne in præiudicium superioris inuiti, & ipso nolente possit se liberare à iurisdictione, & oneribus, vt in d. l. finali, C. de municip. & originar. lib. 10., sed superiore, qui habet administrationem, hoc concedente non est absurdum, quòd primum domiciliũ

perdi,

Tutores Principis habent administrationem meri, & mixti Imperij.

Dux Ludouicus trãstulit domicilium in Franciã cum licẽtia sui Principis.

Domicilium ex quibus aliò trãsferratur.

Domiciliũ originis an & quo possit deseri.

Vasallus potest quis esse, & non subditus.

Domiciliũ originis, quod non possit deseri, quo modo procedat.

203 perdi,& deseri possit,& sæpè nostri Principes † ad preces subditorum concedunt has facultates alibi habitandi.

Et si Gulielmo Principi habenti Ducatus Mantuæ, vnde Ludouicus habuit originem, plenam administrationem cum iuribus Imperij,& eius tutoribus non licuisset hoc indulgere,& concedere, potuis-
204 set † dicere cum Poeta:

Tassus in sua Hierusalem liberata cant. 5. stant. 37.

Scettro impotente, e vergognoso Impero
Se con tal legge è dato, io più no'l chero.

quod pro nunc ita verti posset:

Viribus exhaustum sceptrum, Imperiumq́ pudendum,
Hac si lege datum est, non vltrà poscere quæro.

Sed ita diminutum datum non fuit, vt in decreto registrato in quarto articulo sub nu.31, vbi fuit datum cum plenitudine potestatis.

Vasallus, qui nō est subditus, non committit crimen læsæ Maiestatis in dñum.

Vbi autem ne dùm comprehensus in iuuestituris antiquis tantùm, & non possidens feudum, sed etiam vasallus possessor, qui iurauit fidelitatem aliàs non est subditus, si offendat dominum in persona, vel
205 in bonis, † non committit crimen læsæ Maiestatis, quia simplex vasallus non dicitur subditus, & non subditus non committit tale crimen, etiam si teneret feudum ab Imperio, vt declarauit Summus Pontifex Clemens Quintus ad fauorem Roberti Regis vtriusq. Siciliæ contra sententiam Henrici Septimi Imperatoris latam contra dictū Rober-
206 tum, quam sententiam † Imperatoris Henrici ad verbum registrauit Albericus in l. quisquis, 5. C. ad legem Iuliam Maiestat. Ita inquam declarauit Clemens Quintus in Clement. pastoralis, 2. §. *Rursus nō est silentio relinquendum*, & ibi Cardin. in tertio notabili, vbi in secundo notabili ex dicto textu notat, quòd non omnes subsunt Imperatori, de sent. & re iudic. Oldrad. cons. 43. sub nu. 8. Gigas in tract. de crimin. læsæ Maiest. lib. 1. in tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ Maiestatis committitur, quæst. 68. quæ est vltima dicti tituli, fol. 54. Roland. cōsil. 1. nu. 29. vol. 3. & in eadem causa, in qua Rolandus dicto loco, Decian. cons. 18. nu. 320. vol. 1. & in tract. criminal. lib. 7. cap. 32. nu. 42. Rosental. de feud. cap. 10. quæst. 35. sub num. 36. & cap. 11. quæst. 14. sub nu. 1. & 2. vbi dicto nu. 2. in princip. specificè declarat hoc verum
207 esse, † etiam si teneret feudum ab Imperio per dictam Clementinam pastoralis, & ideo dixit Andr. de Isernia in cap. 1. in princip. qualiter vasallus iurare debeat fidelitatem, quem refert, & sequitur Afflict. decis. 384. sub num. 11. versic. Benè ad prædicta facit, &c. quòd origina-
208 rius, qui non habitat in loco originis, nō tenetur † iurare fidelitatem tanquàm subditus ratione originis.

Priuatio ex felonia sine crimine læsæ Maiestatis non incurritur ipso iure.

Et ex hoc, quòd nō versemur in crimine læsæ Maiestatis, sequitur,
209 quòd non fuisset † incursa priuatio ipso iure, vbi illi locus esse potuisset, (quod numquam admittitur,) sed tantùm mediante sentētia priuante, cap. 1. in princip. ibi, *sine cognita culpa beneficium suū amittat*, vbi scribentes omnes, de feudo sine culpa non amittendo, Rosental.

apud

apud quos alij videri possunt, de feud. cap. 10. quæst. 41. nu. 1. glos. a.,
210 vbi multipliciter ampliat, & nu. 113. & 140., vbi etiam in † notorijs,
211 idem cap. 10. quæst. 19. nu. 20., vbi quãdo vasallus † occidit aliquem
proditoriè, vt feudum non amittatur ipso iure, & idem Rosent. eodẽ
cap. 10. quæst. 35. nu. 8. quamuis multi etiam indistinctè in crimine
212 læsæ Maiestatis voluerint † pœnam priuationis, & publicationis bonorum non incurri ipso iure, sed mediante sententia, Fachin. controuers. iur. lib. 9. cap. 35. Rosental. dicto cap. 10. quæst. 35. num. 81., qui
213 consensit tantùm † in casibus, de quibus in titulo, qui sint rebelles, committi priuationem ipso iure.

Priuatio, & cõfiscatio bonorũ ob crimen læsæ Maiestatis an inducatur ipso iure.

Quintum ex dicta firmata conclusione, quòd in proposito casu nõ fuisset commissum crimen læsæ Maiestatis, sequitur fundamentum, quòd feloniæ, vbi (quod verum non est,) cõmissa fuisset, dicatur præ-
214 scriptum, & fuerit sublata † spatio triginta annorum, Afflict. in cap. 1. §. porrò, nu. 62. vers. secundò limitatur, aliàs est sub num. 34. quæ fuit prima causa beneficij amittendi, Aluarot. inter consilia feudalia Bruni cons. 61. nu. 3. Socin. iun. cons. 111. nu. 20. vol. 2. Schrader. de feud. part. 2. nonæ partis principalis section. 14. nu. 15. Rosental. de feudis
215 cap. 10. quæst. 39. nu. 38., vbi nu. 39. 41. & 42. ampliat, † etiam si va-
216 sallus præscribat mala fide, & etiam si feudum ipso iure † esset amis-
217 sum, & denique, licèt dominus declarasset suam voluntatem, † quòd voluisset ipsum vasallum esse priuatum.

Quintũ argum. quod, ex quo felonia non fuisset cũ crimine læsæ Maiestatis fuisset illi præscriptum.

Nec videtur officere, quòd ipse Ludouicus non possederit, & ob id
218 non potuerit præscribere, † quia, cùm hic agatur de priuatione respectu spei succedendi, non autem de ipso feudo, quod perdere non potuit, cùm illud non possideret, negari non potest quin non remanserit in quasi possessione ipsius spei, ex quo nihil vnquam ei de hoc fuit oppositum, vel declaratum contra eum, per ea quæ tradit Rosental. de feud. cap. 10. quæst. 40. sub nu. 59. versic. Quid? quòd spem feudi successionis, & nu. 60. circa finem, & nu. 62.

Etiam si Ludouicus non possederit.

Sextum etiam sequitur fundamentum ex eo, quòd firmauimus Ludouicum constituisse domicilium in Gallia, & illam habuisse pro patria, ipsum potuisse seruire Regi Franciæ contra Imperatorem absq; vllo periculo priuationis, quia pro patria, & Rege, sub quo habitat vasallus possessor feudi, & multò magis, qui non possidet, sed est tantũ de comprehensis in antiquis inuestituris, & habet solam spem succes-
219 sionis, nec adhuc iurauit fidelitatem; nedùm potest, † sed imò tenetur seruire contra primum dominum directi, Speculat. in tit. de feud. §. quoniam, aliàs est sub titulo de homagijs, quæst. 16. num. 30. & 31. Roland. cõs. 1. sub nu. 80. & 81. vol. 2. Iacobin. in sua inuestitura feudali in verb. *& promiserunt eidem domino*, sub nu. 12. vers. conclusionem prædictam limitabis, Rosent. cap. 8. quæst. 11. nu. 3. & quæst. 15.
220 nu. 2., vbi, quòd primò debet † iuuare Magistratum, cui est subditus, patriam, ac vltimo loco dominum feudalem antiquiorem, vbi innu-

Sextũ arg. quòd ex quo Ludouicus erat subditus Regis, potuit pro eo, & patria militare contra dominũ feudi.

Vasallus pro patria, & Principe potest, & debet militare cõtra dñum feudi.

meros

meros citat in gloſ.h. Schrader.par.6.cap.5.ſub nu.6., vbi quòd Rex,
221 cui quis ſubeſt,& patria,præferuntur † antiquiori domino feudi, Pe-
guer.deciſ.57.ſub num.4., vbi,quòd pugnando pro Rege,cui ſubeſt,
222 dicitur † pugnare pro patria, & bono publico, Menoch.conſ.1176,
num. 21.

Patria cenſetur ſemper excepta in quolibet iuramento fidelitatis.

223 Patria enim ſemper cenſetur,& dicitur excepta † in iuramẽto præ-
ſtito domino feudi,& multò magis,ſi nullum adhuc eſt præſtitum,
gloſ.in cap.de forma,18. in verbo *honeſtum*, 22. quæſt.5. Iſernia in
cap.1.ſub nu.1.de forma fidelitatis, vbi Liparul. in addition., Bald.in
cap.1.in princip ſub nu.2.in verb.*contra omnem hominem*.& ibi Al-
uarot.col.6.verſic.Item ſimiliter intelligitur excepta propria patria,
De noua forma fidelitatis,idem Aluar.in cap.1.§.contra omnes, nu.
11. & ibi Præpoſit.in fine,in tit.Hic finitur lex,Schrad.de feud.pat.6.
cap.5.ſub nu.6.verſ.quartò patria vaſalli, Roſental.d.cap.8.quæſt.15.
nu.5.gloſ.h. Sacca conſ.17.nu.17.vbi nu.12. & 16. quòd ſemper, et
ſi præſtitum eſſet iuramentum, (quod tamen non erat præſtitum à
224 Ludouico) cenſetur exceptus † dominus,vel Rex,cui ipſe eſt ſubdi-
tus,& ſubiectus, Capic.in ſua inueſtitura feudali in verb.*ligium*, ver-
ſic.Item patria,in ſexta cõcluſione,fol.231.& 232.,vbi inquit defen-
225 diſſe Alphonſum de Sancto Seuerino † à ſimili felonia, qui ſecutus
fuerat partes Gallicas tanquàm ciuis Neapolitanus vigore ſacramẽti
præſtitũ per ſubditos Neapolis Regi Franciæ,licèt eſſet vaſallus ligius
Regis Catholici prioris domini,cui tamen nondum iurauerat fideli-
tatem,ſicuti præciſè euenit in Ludouico,qui prius fuit factus ſubditus
Regis Franciæ,quàm iuraret fidelitatem pro feudo, ſicuti & ipſe Al-
phonſus de Sãcto Seuerino; idem in iſtis terminis de ſubdito pugnan
te pro ſuo domino contra dominum feudi,quod non committat fe-
226 loniam, reſpondit pro Nicolao Vrſino † Comite Petiliani Loffred.
conſil.5.maximè ſub nu.35.& 36.& probauit Sacca dicto conſil.17.
num.34.&35.

Subditus nõ habet neceſſe quærere, an bellum ſit iuſtum, vel iniuſtum, ſecũdum ius ciuile, ſed debet obedire.

227 Et talis ſubditus non habet quærere,† an bellum ſit iuſtum,vel in-
iuſtum;ſed obedire,cap.1. Hic finitur lex, deinde incipiunt conſuet.
Aluarot.in cap.1.in princip.ſub nu.3.quib.mod.feud.amittat. rubr.r.
(nam ſunt duæ ita inſcriptæ,) Afflict.deciſ.265.nu.43. Io: Franc. de
Ponte conſ.131.nu.82.vol.2. Roſental.cap.8. quæſt.20. nu.10. de
qua relatè agit Mantica de tacitis lib.23.tit.19.à nu.28. vſq; ad 36.

Septimum arg. ex pace ſecuta dicitur remiſſa felonia.

Pax Cameracenſ. inter Regẽ Franciæ,& Catholicum,& qui de ea meminerint.

228 Secundò,ex pace Cameracenſi, vulgò *di Cambrai*, inita,† & con-
cluſa tertio Auguſti 1559.inter Henricum Secundum Regem Fran-
ciæ,& Philippum Hiſpaniarum Regem,& alios in ea compreheſos,
de qua mentionem faciunt,& eius cõditiones recenſent Belcarius in
commentarijs rerum Gallicarum lib.28.ſub nu.24. & 25. folio 918.
Iacobus Auguſtus Thuanus ſuarum hiſtor.lib.22.tom.1. fol.457. &
458. Ioannes Serranus in vitis Regum Franciæ,in vita Henrici Se-
cundi,fol.570.col.2.in fine,& fol.571.col.1. Alfonſus Vlloa in vita
Caroli

Caroli Quinti in fine in additione fol.341. Antonius Posseuinus Ie-
suita in oratione funebri Ludouici Ducis Niuernij fol.13., ex hac in-
quam pace generali, si quæ commissa fuisset felonia, purgata reman-
229 sisset, † & extincta, vt probant text. in cap.1.§.sententiæ quoque, ibi:
Quæ verò contra aliquem, vel aliquos de societate latæ sunt occasione
guerræ, seu discordiæ in irritum deducantur, de pace Constantiæ. vbi
Bald. in primis verbis notat, quod sententiæ per Imperatorem latæ con-
230 tra rebelles occasione rebellionis, rescinduntur † facta pace, multò
magis ergò nulla secuta sententia tollitur felonia. Idem probat dictũ
cap.1.§.priuilegia omnia, vbi pariter Bald. in §.hoc quod nos, in ver-
bo *priuilegia omnia*, sub nu.3. de pace Constantiæ notat, quòd si bo-
na rebellium tempore rebellionis alijs sunt concessa personis, facta
231 pace veniunt † restituenda primis dominis, ita quòd ipsa pax non ha-
bet vim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrum. Et idem
Baldus in eodem titulo de pace Constantiæ, in §. possessiones, in pri-
mis verbis notat ex eo textu, quòd possessiones amissæ tempore guer-
232 ræ, quæ ante tempus guerræ possidebantur, debent † restitui posses-
soribus; & si illas recuperassent, debent eis defendi. Et nu.3. in fine
subdit, quòd in istis restitutionibus, quæ fierent vigore capitulorũ pa-
233 cis, obstat † exceptio dolo facis, & prædicta sequũtur Aretin. in l.Gal-
lus, 29. §.& quid si tantùm, ante nu.22.col.10. versic.& ad materiam
istam, vide textum singularem, ff.de liberis, & posthum. fol. mihi 47.
col.4. dicti folij circa finem. & ibidem Ias. nu.79. vers. quartò notabi-
liter limita, & ibi pariter Socin. patruus sub nu.17. versic. Tertiò adde
aliam limitationem secundum Aretinum, idem Socin. cons.58. nu.2.
vol.3. Boer. quæst.38. nu.7. Afflict. in cap.1. in sexto notabili, sub nu.
36. aliàs sub nu.24. in tit. Hic finitur lex. & dicit Angel. in l. conuen-
234 tionum, 5. in fine, ff.de pactis, quòd pax est iusta causa † remittendi
has iniurias, & quòd hoc possunt facere Principes etiam in præiudiciũ
tertij, sequitur Deci. cons.520. nu.4. in fine, & nu.5.

Facta pace omnia restituũtur in pristinum.

235 Et in pace semper censentur comprehensi † adhærentes, licèt de
eis non fiat mentio, quamuis tutius sit, quod illi exprimantur, Angel.
in l. quæ religiosis. 44. nu.1. ff.de rei vindicat., vbi distinguit, an verba
236 pacis † sint concepta in rem, vel in personam, & subdit, quòd, vbi etiã
237 sunt concepta in personam, † includuntur adhęrentes, si paciscenti
non posset esse pax sine adhęrentibus, & quòd adhęrentes dicantur
comprehẽsi, tradit etiam Antonius Franciscus de Doctoribus ad Ab-
batem in cap.1. nu.28. de postulat. prælator., & indistinctè semper in-
238 cludi † adhærentes, hoc est qui seruierunt ipso facto, vt familiares, &
domestici, tradit Petrin. Bell. de re militar. part.10. tit.2. nu.4. cũ seqq.
239 & latè in proposito † prosequitur Roland. loquens de capitulis dictæ
pacis. de qua agimus ad excusandum vasallum à prætensa simili of-
fensa in Imperatorem, cons.1. sub nu.113. versic. Iuuatur quoque di-
ctus Comes, cum numeris sequentibus, lib.3., & faciunt verba textus

Adhærẽtes censentur comprehensi in pace.

Saltem hi, qui inseruierunt, & militarunt ipso facto.

in l.vnica,in principio,C.de caducis tollend. nempè, *quod belli cala-*
240 *mitas introduxit,* † *hoc pacis lenitas sopiret*.

Capitula pacis ligant successores.

Quæ capitulationes pacis,& remissiones offensarum in eis conten-
241 tæ † ligant etiam successores, Bald.in l.digna vox,4.sub num.4. & 5.
vbi etiam Castrens.sub nu.6. C.de legibus.

Nec obstat,quòd pax illa fuerit inter Regem Christianissimum,&
242 Regem Catholicum,& ob id non suffragetur † respectu offensæ fa-
ctæ Imperatori,cùm non sit extendenda de causa ad causam, nec de
persona ad personam,vt super ea scribētes in eadem causa responde-
runt Menoch.cons.104.nu.7.Cephal.cons.304.sub nu.204.vers.po-
stremum non obstat argumentum,vol.3.Decian.cons.18. sub num.
226.vers.Tertiò respondetur,quòd capitula,volum.1.

Qui fuerint cōprehēsi in dicta pace,& an Imperator.

Namq; recurrendum est ad capitula præcisa huius pacis,vt rei ve-
243 ritas constare possit. Illa enim,quæ allegantur † descripta à Rauden-
si in fine suarum decisionum,& à Marta de iurisdictione part.1.cap.
40.fol.122.non faciūt ad rem,quia sunt de pace inita de anno 1598.
inter Henricum Quartum Regem Franciæ, & Philippum Regem
Catholicum,non autem inter Henricum Secundum, & eundē Phi-
lippum de anno 1559.,licèt in hac posteriori confirmentur capitula
dictæ primæ pacis.

Quæ,licèt non habeamus,nisi in compendium recensita à Belcal-
rio,& Thuano in locis à me citatis supra nu.228. Illa tamen de ver-
bo ad verbum recitat Ascanius Centorius in secunda parte eius com-
mentariorum lib.7.folio 213.in triginta capitibus distincta, quarum
quartum ita cantat: *Ch'i sudditi d'ambidui loro,tantò di quà,come di
là de' suoi Regni,possano liberamente praticare,e contrattare in essi loro
mercantie senz'alcun impedimento*. Et septimum ita est conceptū:
*Tutti i beni,che si trouarāno occupati de' sudditi dell'vno,& l'altro Rè,
siano di fatto da essi restituiti à' primi padroni,c'hauranno militato con
l'vno,& l'altro, e reintegrati nel primo essere,e riceuuti in gratia d'am-
bidui, eccetto à fuorusciti di Napoli,di Sicilia,& del Ducato di Milano,
ch'in questo non siano compresi*;ex quo capitulo apparet omnes,qui mi-
litarunt in dicto bello,ad gratiam restitutos fuisse: & in vltimo capi-
tulo nominantur comprehēsi in hac pace,inter quos nominatur Im-
perator,vt statim etiam dicam. Et ita etiam Decianus ex aduerso ad-
244 ductus d.cons.18.num.225.vol.1. supponit † in ipsa pace fuisse com-
prehensos illos,qui inseruierāt Regi Franciæ de tempore dicti belli,
& sic etiam Ducem Ludouicum.

Præterea Doctores in oppositum adducti se fundant in eo,quòd il-
245 le Comes Scipio Fliscus imputaretur † de offensa facta alio tempore,
& alia de causa, quàm ex bello, pro quo fuerat inita pax, quod non
militat in casu isto,quia prætensa offensa,& pax fuit in & pro eodem
bello.

246 Tertiò,quòd imo in ea pace fuerit comprehēsus † Imperator, scri-
bit

bit Thuanus lib.22.historiar.tom.1.fol.458.col.1.in fine his verbis:
247 *Hac pacificatione comprehensi† ab vtraque parte, Pontifex, Cæsar, et
*Imperium, Septemuiri, omnes Ciuitates, & Imperij ordines, Poloniæ,
Daniæ, Sueciæ Reges, cum Elisabetta Angliæ Regina, Venetorum Respu-
blica, Heluetiorum, ac Rætorum pagi, Sabaudiæ, Lotharingiæ, Ferrariæ,
Mantuæ, Vrbini, Parmæ, ac Placentiæ Duces, Genuensis Senatus, & Lu-
censes, vt non inter Gallos, & Hispanos tantùm, sed inter omnes orbis
Christiani Principes, ac Ciuitates concordia sarta videretur.*

248 Et licet tunc non fuerint restitutæ† à Rege Franciæ tres illæ Ciui-
tates Imperiales, Diuodurum, seu Metis, Tullum, & Virodunũ, vt per
eundem Thuanum d.lib.22.tom.1.fol.459.col.2.sub littera B.versic.
Iamq; omnia ferè, quæ in Belgio, & Subalpina regione tenebamus, resti-
249 *tuta fuerant,† & res in eo erant, vt cætera Etruriæ oppida restitueren-*
250 *tur, remanẽtibus tantùm penès† Regem Caleto, & tribus Lotharingiæ
Ciuitatibus, exiguo tot laborum, sumptuum, & periculorum præmio.*

Metis, Tullum, Virodunum non fuerunt restitutę in dicta pace.

251 Tamen ipsi historici profitentur dictam pacem † fuisse damnosam
dicto Regi Henrico Secundo, vt per Thuanum dicto libro 22.tom.1.
col.2.sub littera C.ibi: *Facta pace, quamquam iniquis, si Regem spectes,
conditionibus.* Belcar. lib.28.commentarior.rerum Franciæ nu.24.,
vbi vocat ignominiosissimum fœdus respectu Regis Franciæ, sed di-
252 cunt pacem ipsam fuisse † honestatã duobus matrimonijs, altero Eli-
sabettæ filiæ primogenitæ ipsius Henrici cum Philippo Hispaniarum
Rege, altero Margaritæ eiusdem Henrici sororis cũ Emanuele Phi-
liberto Sabaudiæ Duce, vt quod minus honestè acceptasset, in gra-
tiam horum matrimoniorum concessisse videretur.

Pax Cameracẽsis damnosa Regi Franciæ, sed honestata duobus matrimonijs.

253 Et adhuc id contigit ipso Imperatore tacito consensu † cõniuente;
ne dictæ tres Ciuitates restituerentur, vt per eundem Thuanum dicto
lib.22.historiarum tom.1.fol.454.col.2.sub littera D., qui loquẽs de
Legatis trãsmissis à Rege Franciæ, & Catholico ad Imperatorem pro
eo inuitando ad dictam pacem, de quibus meminerat idem Thuanus
d.lib.22.fol.453.col.2.sub littera B.versic. Ita certis de pace mox tran-
sigenda, de hoc tacito deinde consensu Imperatoris ita scribit:

Dictæ Ciuitates non fuerunt restitutę conniuẽte, & tacitè cõsentiente ipso Imperatore.

*Nunc ad Legatos nostros venio, qui quinta Kal. Aprilis postquàm in-
troducti sunt, & luculenta habita oratione Regis egregiam erga Cæsa-*
254 *rem, & Imperij proceres, atq; ordines voluntatem prolixè † declararũt,
vt Regni antiquum cum Imperio fœdus renouaretur, & arctiore in po-*
255 *sterum amicitia firmaretur, postremò petiere. Ad hæc Cæsar † gratias
Oratoribus agit, & Regem Imperij, Principum, & ordinum, aut suam
denique amicitiam numquam desideraturum dicit, modò facta dictis re-*
256 *spondeant,† & nuper ablata Imperio Ciuitates ab ipso restituantur,
quod si fiat non videre quid impedimento esse possit, quominus syncera
amicitia inter eos coiri possit. Hic Legati, de Ciuitatibus, quòd propo-
natur, nihil se in mandatis habere respõdent. Cæterum ea de re ad Re-
gem relaturos, petere interea, vt Regis amicitiam ipsis delatam pari be-*

Legati ad Imperatorem pro pace Cameracensi.

R 2 neuolentia

Nota.

neuolentia rementiantur. *Ita solutum comitium, & honorificè acceptì,*
257 *& † dimissi Legati, quibus & clàm insussuratum est, non potuisse Cæsarem de restitutione Ciuitatum mentionem non facere. Cæterum neq;*
258 *ipsum propterea, † neq; Imperij Principes, & Ordines à Regis amicitia, etiam si illæ non restituantur discessuros esse, Decreta, & ad Regem Le-*
259 *gatio, † cui obeũda destinati Cardinalis Augustanus, & Christophorus Dux Vuirtembergensis.* Euentus postea demonstrauit id fuisse verũ, quod auctor iste scripsit, quia semper remanserunt, & nunc sunt apud
260 Regem, & dolus non infertur † scienti, & volenti, l. nemo videtur, 187. aliàs 188. ff. de regul. iur. cap. scienti, 27. de reg. iur. in sexto; nec
261 iniuria, † l. 1. §. vsque adeo, ff de iniurijs.

Hos autem historicos probare ad defensam in crimine feloniæ, licèt non ad offensam, superius nu. 68. admonui.

Obiectum petitũ ab aduersarijs, quod nõ facit cõtra, sed pro Duce Carolo.

Nec obstat, quod notat Bald. per illam legem in l. ob rest ituẽda, 6. C. de condictione ob turpem causam, quem citãt Doctores ab aduersarijs allegati, in qua lege habetur, quòd datum furi, vt restituat rem
262 subtractam, potest † repeti cõdictione ob turpem causam, nec obligat datio, vel promissio: Per quam legem infert ibi Baldus in hæc verba:
263 *Nota istam legem contra mascaltones, & pradones, † qui nolunt reddere pradam, nisi aliquo accepto; item ista lex facit contra Ciuitates,*
264 *qua inuadunt † Castra aliena, qua nolunt restituere, nisi recepta pecu-*
265 *nia, quod tunc turpitudo non fit, † nisi ex parte recipientis, & tenetur*
266 *restituere † quidquid acceipit, nec puto hunc contractum per capitula*
267 *pacis adiuuari, † quia est turpis, & impressiuus.* Hactenus Baldus.

Doctrina Baldi in oppositum adducta quomodo procedat.

268 Quia Baldi doctrina procedit, † & loquitur in casibus inuasionum, qualem nunc patitur Serenifs. Dux Carolus, nõ in bello, pro quo militauit Dux Ludouicus eius pater, (si tamen in eo interuenit,) quòd vbi non fuisset omnino iustum, non carebat tamen probabili occasione data à Carolo Quinto ob mota arma contra fœderatos, nec probabilibus prætensionibus in ipsis Ciuitatibus, de quibus feci mentionem remissiuè supra nu. 72. & sic facit pro Duce Carolo, non contra eius patrem.

Octauum argu. quòd cũ Imperator nullã fecerit querelã viuente Ludouico, à successore, nec contra successorem possit moueri.

Octauò, cùm Imperator, qui prætenditur offensus numquam conquestus fuerit in vita de hac asserta offensa, & sic non appareat eum voluisse Ducem Ludouicum incurrisse aliquam priuationem, cùm
269 tamen non potuerit hoc ignorare, † ex quo Ludouicus ipse erat persona egregia, & omnibus nota, nec contra ipsum viuentem vmquam fuerit de hoc mota quæstio, vel facta aliqua declaratio voluntatis ip-
270 sius, amplius non potest † moueri nec à successore in Imperio, nec à tertio, nec contra successorem ipsius Ludouici, vt de primo, quòd suc-
271 cessor non possit † nunc agere ad priuationem, voluit glosa in l. omnimodo, 30. in verb. *non licebit*, vbi etiam Iaf. sub nu. 9. C. de inoffic. testamento, argum. textus in l. 1. & l. final. C. de reuocan. donat. & idẽ docuit glos. in cap. 1. §. porrò, in verb. *assalierit*, & ibi Bald. num. 3. Al-

uarot.

uarot.pariter nu.3.& Præposit.num.2. quæ fuit prima causa benefic. amittend., glos.in cap.Imperialem,in §.Insuper,in verb.*non succedit.* & ibi Bald.nu.7. Aluarot.nu.6.& Afflict. nu.37. aliàs est nu.15. de prohibit.feud.alienat.per Federicum, Andr.de Barul. in l.si ille, 62. sub nu.3.C.de decurion.lib.10.Odofred.in l.1.nu.2. C.de reuoc.donat.fol.81.col.4.dicti folij,Io:Blanch.in sua summa feud.lib.2.cap.1. in tit.quib.mod.& in quib.casib.feud.amittat.nu.144.fol.133.Baldus in cap.1.in princip.nu.23.vers.Secūdò quærit quid si dominus,Quib. mod.feud.amittat.tit.1. Pract.Papiens.in forma libell. quo agitur ad reuocationem feudi in verb.*vitæ eiusdem Rainaldi*,nu.2. Curt.iun.in tract.de feud.par.4.principal.sub nu.156.vbi de communi, fol.mihi 492.in impressione Coloniensi anni 1600.Iacobin.in sua inuestitur. feudali in verb.*dictiq; vasalli promiserunt,il primo*, nu.51. Caccialup. in suis obseruat.feudalib.obseruat.33. fol.209. Paris de Puteo de reintegr.feud.cap.217.& in alia impressione fol.120. Francisc.Maria Plot.cons.66.nu.11.vol.1.criminal.diuersor.magn.impress., Zazi.de feud.part.10.sub nu.76.Ruin.cōs.10.nu.4.vol.1. Minsinger.cons.5. nu.30.decad.13.vol.2. Sebastian. Medic.in tract. mors omnia soluit, part.2.concl.43. Cacheran.decis.77.nu.11. Roland.cons.81.nu.16. vol.3.Maluas.cons.40.ante nu.21. Modestin.Pistor. cons.51.nu.31. vol.1.Bursat.de communiori cons.225.nu.147.Schoner.lib.2.disputat.feudal.1.thesi 17.fol.372. Borcholt.de feud.cap.8. sub num.154. vers.De hærede domini,Vultei.in simili tractatu cap.11. nu.68. folio 738. Schrader.cons.33.nu.40.vol.2. Rosental.cap.10.quæst.40. nu. 1.& seqq. Clar.de communi in §.feudum,quæst.64.nu.1. Noual.de transmission.casu 47.nu.1.Siluan.de feud.recognit.quæst.28. & 29., 272 vbi, licèt dicta quæst.29. nu.18, limitet,† quando tempore vitæ vasalli delinquentis,aut domini,contra quem est commissa felonia, nōdùm erat delata successio ipsi vasallo, Tamen meritò hæc fallentia 273 reprobatur † per concludentes rationes à Rosentalo d.cap.10.quæst. 40.nu.57.cum seqq., diximus enim supra nu.11.vasallum priuari spe succedendi nondum ei delata successione.

De secunda autem conclusione, quòd quæstio feloniæ non possit 274 moueri contra hæredem,† vel successorem vasalli, qui prætenditur illam commisisse,si eo viuente non fuerit promota, vel dominus offensus non fuerit conquestus, nec declarauerit velle vasallum incurrisse priuationem,tradunt glos.finali in cap.finali, extra de donation. Io:Andr.in addit.ad Speculat.in tit.de feudis,§.nunc dicamus, in additione magna incipiente *Nunc reuoluitur hæc quæstio*,tom.3.fo.330. col.2. Io:Blanc.in sua sūma feud. lib.2.cap.1.in titul.quib.mod.feud. amittat. nu.115.fol.333. Bald.in cap.Imperialē,§.insuper, sub nu.5. vers.considera tamen,& ibi Aluarot.sub nu.4.vers.sed tu aduerte circa hanc quæstionem,& Afflict.sub nu.15.aliàs sub nu.37. vers.ergo, vbi dominus, De prohib.feud.alienat.per Feder., Andr.de Barul. in l.si illa,

Dominus non agit ad priuationem contra hæredes vasalli, qui commisit culpam.

l.si ille,62.nu.3.C.de decurion.lib.10. Cuman.cons.164.sub nu.2.& & 3. Socinus patruus cons.66.nu.19.vol.3. Ruin.cons.10.num.6. & cons.159.nu.12.vol.1.Iacobin.in dicta sua inuestit.feud. in verb. *dictiq; vasalli promiserunt,il primo*,sub nu.52. Zazi.de feud. parte 10. nu.75.& 76. Rota apud Cassador.in tit.de locat.decis.2. num.6., vbi
275 etiam si ipso iure † esset commissum feudum, quia intelligitur si dominus velit,quod tradunt pleriq; alij tàm in hoc,quàm in præcedenti conclusione nu.271. de quo tamen infrà particulariter dicam nu. 277., & principalem cõclusionem,quòd non possit promoueri quæstio feloniæ contra successorem, probarunt etiam Bero.cons.49. nu. 15.& 17.vol.3. Roland.cons.78. nu.11. vol.4. Siluan.de feud. recognitione,dicta quæst.28.& 29.Minsinger.cẽtur.3.obseru.97.Vurser. practic.obseruat.tit.de feudis obseru.26. Sebastian.Medic.in tractatu mors omnia soluit, par.2.conclus.43. Menoch.cons.99.num.108.& cons.865.nu.13. Rimin.iun.cons.1.nu.7. & cons.22.nu.27. & cons. 619.nu.57. Fachin.cons.24.nu.26. vol.1. Schoner.lib.2. disput.feudal.1.thesi 17.fol.372. Borcolt.de feud.cap.8.nu.154. Rosental.cap. 10.quæst.40 sub nu.1. Vultei.de feud.lib.1.cap.11.num.66.fol.736. Clar.§.feudum,quæst.65.Noual.de transmission.casu 47.nu.2.

Etiam si feudum committeretur ipso iure.

Idq; in vtroque capite procedit,etiam si felonia talis esset, per quã
276 feudum committeretur ipso iure,† in quo tamen casu hanc non versari,demonstraui supra in quarto fundamento num.186. cum seqq.,

Vasallus ob culpam non perdit feudum,nisi dominus velit,& declaret.

277 quia intelligitur committi,si ipse dominus velit, & declaret,† & non aliter,Speculat.in tit.de feud.§.quoniam super homagijs,in vigesima septima quæstione,sub nu.49.vers. Benè dico,si mihi placet, aliàs est sub titulo de homagijs,& fidelitatibus,Bald.in l.finali,sub nu.5.& ibi Ripa sub nu.237.versic.sed contrarium tenet Baldus, & sub nu.238. dicit hoc magis sibi placere,C.de reuoc.donat. idem Bald.in cap.quæ in ecclesiarum,7. num.mihi 73. vers. Aliter cadit à feudo ipso iure, si dominus vult detrahere,extra de constitut. Idem Bald.in cap.1. sub nu.3.& ibi Præposit.ante nu.1. vers. Nota secundum Baldum, quòd vasallus. & Laudens.in princip.nu.4.de capitulis Conradi,& iterum Bald.cons.301.nu.10.vol.1.Imol.in cap.2.sub nu.16. vers.Sed certè Doctores communiter transeũt, extra de feud.,idem in cap.final.sub nu.25.circa finem,extra de donat., Alex.cons.79. sub nu.11.vers nõ dico,quòd ipso iure,& cons.103.nu.16.in fine,vers.prætereà etiam quando priuatur,vol.1.; idem Alex.cons.173.nu.7.vol.2.& cons.27. sub nu.4.vers.& dico,quòd sic,& cons.92.nu.23.in fine,vol.6. Guid. Pap.cons.192.nu.2.in fine,Præposit.in cap.1.sub nu.4.propè finem, vers.Nec est verũ,quòd iste esset priuatus, Quo tẽpore miles,Abb.cõsil.67.sub nu.2.vers.Sed his non obstantibus,vol.2.Paris de Puteo de reintegrat.feud.cap.217.Cassador.in tit.de locat. dicta decis.2. nu.6. Iason.in l.2.sub nu.8.C.de iure emphiteut. idem in l.omnimodo,30. in princip.propè finẽ,nu.10.C.de inoffic.testam. & in l.posthumo,2.

nu.25.

nu.25.C.de bonor.possess.contra tabul., & in l.si mihi, & Titio, 111. in princip.paulò ante finem,vers.Item adde ad præallegatam glosam, ff.de verbot.obligat. & cons.107.nu.8.vol.4., Gulielm.de Benedict. in quæst.de Episcopat.nu.63.tom.3.suorum operum, fol.36. Ruinus cons.35.sub nu.28.vers.& idem videtur,etiã si vasallus priuetur ipso iure,vol.1.Bero.cons.49.sub nu.15.vol.3.vbi loquitur ad rem, Deci. cons.138.sub nu.5.versic.& his præmissis,& cons.144.sub nu.6. versic.præterea etiam si ipso iure,& cons.184. aliàs 185. nu.11.& 12.& cons.205.aliàs 206.nu.7.in fine,& cons.341.nu.16. Veggi. cons.28. nu.89.Rmin.iun.cons.619.nu.58.vol.6.Bursat.cons.253. nu.48.& 64.vol.3. Schrader.cons.1.nu.71.vol.1.& cons.33.nu.58. volum.2. Surd.decis.194.nu.7.Tiraquel.latè in l.si vnquam,8.in verb.*reuertatur*,nu.11.C de reuocan.donat. Curt.iun.in tract.de feud part.4.sub nu.156.versic.ego autem habeo istam,fol.495. & vers.& ideo reperio,quod contra,fol.496.Schoner.lib.2.disput feudal.1.thesi 17. fol. 371.Clar.§.feudum,quæst.64.nu.2. vbi dicit communem,Iacobinus in sua inuestit.feudal.in verb.*Qui quidem inuestiti*,sub nu.42. versic. In hoc articulo ego concluderem, Rosental.de feud.cap.2. quæst.18. glos.c.& cap.9.quæst.2.nu.16.glos.l. & cap.10.quæst.40.sub nu.41. pluribus in locis,& sub nu.42.& 47., & in effectu vult etiam Siluan. de feud.recognit.quæst.29.nu.6.7.& 11. dum declarat opinionem eorum,qui tenent ius priuationis transire ad hæredes, & contra hæredes,quando pœna committitur ipso iure,procedere, si dominus in vita declarauerit, & non aliter.

278 Ex quibus constat subsistere non posse † eorũ opinionem, qui crediderunt simpliciter actionem transire in hæredem, & contra hæredem,quando ipso iure committitur feudum,quia ex prędictis apparet hoc verum non esse,nisi constet tacitè, vel expressè dominum declarasse,& voluisse vasallum priuatum fore; & si hoc non apparet, non *Opinio quòd actio ad priuationem transeat in hæredem, & cõtra hæredem, quando feudum cõmittitur ipso iure, reiecta.*
279 præsumitur † etiam id voluisse,nec declarasse dominum,Bald.in l.1. sub nu.1.C.de reuoc.donation., Paris de Puteo de reintegrat.feudor. cap.217.nu.8.Rosent.de feud.cap.10.quæst.40.nu.41.in fine.

280 Imò tunc præsumitur † contrarium, nempe ipsum dominum noluisse priuare, Rosental.d.cap.10.quæst.40.sub nu.44.vers.*Sed in partem mitiorem, quòd non voluerit priuari debere vasallum*, nisi id domi- *Nõ præsumitur dñum velle vasallum cecidisse, nisi hoc appareat, imò præsumitur noluisse, nisi contrarium probatur.*
281 num voluisse, probetur † ab eo,qui hoc affirmat, idẽ Rosental. dicto cap.10.quæst.40.nu.42. Et vbi hoc non probatur non apparente de
282 voluntate domini, vel eius declaratione, censetur † ab eo remissa offensa.Ruin.cons.128.nu.8.vol.1. Franc.Maria Plot.cons.66. nu.12. vol.1.criminal.diuersorum magnæ impressionis; Rimin.iun. cons.1. nu.30.& cons.619.nu.58.Menoch.cons.155.nu.17.& cons.1080., vbi,quando mortuus est vasallus,citat viginti & vnum Auctores pro hac opinione, & quando mortuus est dominus, allegat decemocto, quòd censeatur remissa felonia, Kninchen. de vestiturar. pactionib. par.1. *Culpa censetur remissa si nõ apparet de voluntate domini.*

par.1.cap.5.nu.46. fol.389. Rosental.de feud. cap.10. quæst.40. sub nu.38.41. & 44.

Iniuria dissimulatione tollitur.

283 Iniuria enim dissimulatione tollitur,† §.final. Institut.de iniurijs, Isern.in cap. Imperialem,§.insuper,nu.60.propè finem dicti numeri, & ibi Afflictus nu.41.aliàs est sub num.18.de prohibit.feudi alienat. per Federicum.

Felonia semel remissa non potest amplius intentari.

284 Et, vbi felonia est semel remissa, non potest † amplius, qui eam remisit, pœnitentia ductus agere ad priuationem, & præcipuè contra hæredes vasalli, Rosental.cap.10.quæst.39.nu.19.

Feloniã remissam non intentat successor.

285 Et sicuti non potest hoc dominus offensus, itá nec successor,† quia 286 hæc remissio pertinet ad administrationem † regiminis, & ad dignitatem ipsius administrationis, idem Rosental.d.cap.10. quæst.38. sub 287 nu.34., & ob id successor tenetur † eam ratam habere tanquàm de pertinentibus ad administrationem præcessoris, Bald.in l.1.circa princip.sub nu.3.versic.& hoc verum, & ibi Iason.sub nu.13.ff.de constitut.Principum, Intrigliol.de feud.centur.2.art.6.nu.120. dixi in con288 trou.forens.204.nu.95., & in materia † feloniæ Schrader.de feudis part.2.nonæ partis princip.section.14.nu.54. Rosental.dicto cap.10. quæst.38.nu.27.& 34., vbi nu.30.dicit hoc verum esse etiam in Imperatore successore.

Feloniam potest remittere dñus etiam ad præiudicium agnatorum, & quando.

289 Dominũ enim laicum offensum posse remittere † feloniam, omnes vnanimiter admittũt, Zazi.de feud.part.10.nu.77. Rosent. d.cap.10. 290 quæst.38.nu.25.cum seqq., etiam ad præiudicium agnatorũ,† quando non est secuta sententia, vel feudum non committitur ipso iure, vel si ipso iure perditur, dominus non declarauit velle esse commissum, quia, vt supra firmaui nu.277., vasallus non priuatur, nisi dominus velit, & appareat voluisse: ita magistraliter declarant Schrader. de feud, par.2.nonæ partis princip.sect.14.nu.38. & Rosent.cap.10. quæst.39. sub nu.2.

Tertius non opponit de felonia, si dñus non declarat velle vasallum cecidisse.

Et ob id frequentissimè receptum est, quando quid inductum est 291 ĕt ipso iure fauore alicuius, si ipse velit, tertium non posse † id allegare, & sic in casu isto non potest D. Dux Guastallæ proponere hanc assertam feloniam, cùm nõ appareat Imperatorem, cuius respectu commissa foret, voluisse Ducem Ludouicum priuatum esse, per glosam in l.2.& ibi Bartol. quam legit cum lege prima, ff.si ager vectigal., idem Bartol.in l.2.sub nu.2.& ibi Iason num.19.C.de iure emphiteutico, Abb.cons.67.sub num.2. versic.Concluditur enim in locis prædictis, vol.2. Alexand.cons.106.sub nu.4. versic.& ideo in tali casu, volu.4. Riminald.iun.cons.16.nu.31. Cephal.cons.90.nu.42. Modestin.Pistor.cons.51.nu.31.volum.1. Rosental.cap.10.quæst.40.sub nu.44. Iacopinus Riminaldus inter consilia Riminaldi senioris consil. 14. nu.7., vbi, quòd tertius non auditur, allegando rebellionem alterius.

Nonum argu. quòd culpa dñi non noceat filio

Nonò, delictum patris etiam commissum in personam domini, nõ 292 præiudicat † filijs, & alijs descendentibus in feudo antiquo ex pacto, & pro-

& prouidentia, sed tantùm in hæreditario, vel informi, vt latè defendit Rosental. de feud. cap. 11. quæst. 5. per totam, maximè nu. 1. & sub nu. 5. vers. Verùm in contrarium mouet, & nu. 9. & sub nu. 13. glos. g., vbi multos cumulat idem cap. 10. quæst. 40. num. 60. & d. cap. 11. q. 4. sub nu. 11. & quæst. 6. nu. 1. & quæst. 9. sub num. 1., mouetur in dictis locis, & præsertim d. cap. 11. quæst. 5. sub nu. 9. & 13. quia istud feudũ

in feudo ex pacto, vel quando feudum est concessum cuilibet iure proprio, vel vasallus decessit antequam euenisset casus eius successionis.

293 non debetur † filijs vti patris hæredibus, sed iure proprio, & ex persona propria, quod repetit etiam eodem cap. 11. quęst. 7. nu. 5. & 6., & in

294 his, quæ alio iure debentur filijs, quàm ex persona patris, factũ † ipsius patris illis non præiudicat, ad quod citãtur textus in l. 3. & ibi Bartolus nu. 3. ff. de interdict. & relegat. & in l. vt iusiurandi, 7. §. si liberi, & ibi pariter Bartol. & alij, ff. de oper. libertor. & in l. adoptiuum, 8. §. patronum, ff. de in ius vocãd. inducendo eam, vt per Afflict. in cap. 1. §. preterea, sectione incipiente Glosa tertia, quæ fuit prima causa benefic. amittend., vbi adducit multas alias leges hoc probantes, & cum iure feudorum inquit ipse Rosental. d. cap. 11. quæst. 5. sub glos. g. aliud non reperiatur statutum hoc casu, quæstio erit decidenda secundum ius commune, ex dicta l. 3. ff. de interdictis, & relegatis, & d. l. vt iusiurandi, 7. §. si liberi, ff. de operis libert. & alijs supra proximè adductis.

Pater non præiudicat filio in feudũ ex pacto.

295 Et ad textus in contrarium allegatos superius nu. 18. respondet † idem Rosent. d. cap. 11. quæst. 5. sub nu. 7. & quæst. 7. pariter nu. 7. illos intelligendos esse de feudo informi, vel concesso pro se, & hæredibus, & eandem sententiam, quòd delictum patris, et in dominum, non no-

296 ceat † filijs, nec alijs descendẽtibus in feudo antiquo ex pacto, probarũt Alexand. cons. 30. nu. 15. vol. 1. Deci. cons. 445. sub nu. 69. Ruin. cons. 23. sub nu. 32. vol. 5. Gozadin. cons. 46. nu. 5. Bursat. consil. 225. nu. 187. & benè Crauet. cons. 859. sub nu. 12. & cons. 983. num. 25. Menoch. in crimine læsæ Maiestatis cons. 815. nu. 39. & 40., & in effectu hæc est opinio Cyni in l. 2. nu. 4. C. de liber. & eor. liber. quem sequuntur multi relati à Iacobin. in sua inuestitura feudali in verbo *dictiq; vasalli, il primo.* nu. 60. qui loquuntur explicitè de feudo ex pacto, & prouidentia, & ipse Iacobinus sub dicto nu. 60. vers. *Sitis ergò aduisati*, benè declarat se loqui in feudo ex pacto.

297 Cùm autem feuda ista † sint ex pacto, & prouidentia, vt de Ducatu Montisferrati nulla est difficultas, quia est pro descendentibus legitimis, & de Ducatu Mantuæ, quia est pro primogenitis descendentibus

Ducatus Montisferrati est feudum ex pacto.

298 masculis, & isti Ducatus magni dicantur recognosci † à primogenitis successoribus iure proprio, & ex persona propria, etiam si non sint hæredes præcessorum, vt aliàs latè in quodam magno Ducatu disserui, & tangit Afflict. in cap. 1. §. hoc quoque, num. 34. vers. & dico vobis vnum, quod est menti tenendum, aliàs est sub nu. 13. de successione feudi. & Gulielmus de Monserrato in tractatu de successione Regni Franciæ, in primo dubio, nu. 22. consequitur, quòd Dux Ludouicus, vbi commisisset aliquam culpam, non præiudicasset filio.

Ducatus magni cũ iure primogenituræ spectant ad successorem iure proprio.

S Quæ

Pater non præiudicat filio ob feloniam, quādo ex inuestitura apparet feudum concessum fuisse cuilibet successori iure proprio.

Quæ opinio, vt delictum patris non noceat filijs, vel alijs descendē-
299 tibus in feudo, fortius procedit,† quando feudum concessum est ge-
neri, ita vt vadat de vno in alium, & de primogenito in primogenitū,
Bald. in cap. 1. nu. 3. in fine, & ibi Petr. de Rauen. si vasall. feud. priue-
tur. idem Bald. in cap. 1. §. denique, sub nu. 1. quæ fuit prima cauſ. be-
nefic. amittend., vbi inquit considerandnm esse tenorem inuestitu-
ræ, & si feudum concessum est generi, maximè quando sunt conces-
300 sa regalia, reuerti † ad dominum ius tantùm delinquentis, non autem
ius reliquorum, quod habēt ex persona propria quodam ordine mor-
301 talitatis,† non per viam hæreditatis, quia absurdum est, vt ea depen-
deat ab hæreditario corpore, cùm sint nobiliora, & potiora, & ad ea
302 admittantur filij,† & agnati iure geniture beneficio domini expres-
sa forma inuestituræ, à cuius tenore nō est recedendum. Et licèt de-
303 inde concludat † hæc de iure communi esse vera, sed de iure consue-
tudinario scripto aliud seruari; tamen, quando inuestitura est taliter
concepta, vt concessio videatur facta cuilibet iure proprio, provt vi-
304 dentur istæ, tunc magis communiter doctores admittunt † delictum
patris non obesse filijs, Aluarot. in dicto cap. 1. §. denique, sub nu. 9. in
septima conclusione. & ibi Præposit. qui legit dictum §. in §. prędictis,
col. 3. circa finem, vers. vel ex tenore inuestituræ apparet, quòd singu-
lis &c. quæ fuit prima causa benefic. amittend., Curt. Iun. de feud. par
te 5. nu. 5. in tertia limitatione, fol. 504. Iacobin. in sua inuestit. feud.
in verbo *dictiq́, vasalli promiserunt, il primo*, sub nu. 58. vers. quartò li-
mitabis, nisi in inuestitura. Franc. Maria Plot. conſ. 66. num. 24. vol. 1.
crimin. diuers. magnæ impressionis, Deci. conſ. 606. sub nu. 15. vbi lo-
quitur in inuestitura Statuum aliàs huius Coronæ Mantuæ, Roland.
conſ. 1. nu. 54. vol. 3. Mozzi. de feudis tit. final. sub nu. 39. vers. Limita-
tur primò, fol. 321. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. nu. 109. Bursatus
conſ. 225. nu. 187. Rosental. de feud. cap. 11. quæst. 5. nu. 15. & quęst.
7. nu. 3., vbi, quando concessio facta est, vt de vno in alium perueniat,
sicuti in primogenijs, & dicto cap. 11. quæst. 7. nu. 7., vbi quādo con-
cessum est familiæ, vel generi.

Crimē lesæ Maiestatis nō præiudicat filys in fideicommissis cū probibitione alienationis, & primogenituris.

Et tunc, etiam si delictum contineret crimen læsæ Maiestatis, non
305 præiudicaret † filijs, vt per Menochium dicto conſ. 815. num. 39. &
40., quia, vbi aliquid debetur successiuo ordine ex vocatione propria,
306 provt in fideicommissis, quibus non solùm æquiparatur † primoge-
nitura, sed imò strictiori ordine regulatur, vt dixi in controu. forenſ.
307. 23. nu. 12. & 13., ex crimine læsæ Maiestatis non præiudicatur † suc-
cessoribus etiam filijs, Crass. de successionib. §. 1. num. 10. Grammatic.
decis. 105. nu. 31. Surd. decis. 254. nu. 19. Baiard. ad Clarum quæst. 78.
nu. 39. Guazzin. de confiscation. bonor. concl. 13. limitat. 26. num. 2.
fol. 144. Scaccia de iudici. lib. 2. cap. 9. sub num. 1114. fol. 396. & 397.
Rosental. de feud. cap. 11. quæst. 13. nu. 11. & confert idem Rosent.
dicto cap. 11. quęst. 9. sub nu. 20.

Sed

Sed & amplius opinio firmata in præsenti fundamento, nu. 292. cũ seqq. quòd felonia patris non noceat filijs in istis feudis, facilius obti-
308 net, quando feudum adhuc non erat quæsitum † patri delinquenti, sed erat quærendum, & antequàm fuerit ei quæsitum decessit, prout est præcisus casus noster. Bartol. in l. eum qui, 3. sub nu. 2. ff. de interdict. & relegatis, Bald. in l. emancipatum, 7. §. sed & si pater, sub nu. 1. ff. de Senator. idem Bald. in l. lege duodecim tabularum, 14. sub nu. 6. C. de legitim. hæredib. & in cap. 1. sub nu. 3. in illis verbis: *& tunc pater meus commisit feloniam viuente auo meo*, & ibi Aluarot. col. 4. versic. aut loquimur in patre delinquente, qui nõdum habebat feudum acquisitum, sed sperabat habere, Præposit. sub nu. 2. in simili versic. aut loquimur in patre delinquente. & Petrus de Rauenna versic. *Secunda est conclusio, si loquimur de patre delinquente; qui nondum habebat feudum*, in tit. si vasallus feudo priuetur, Angel. in l. adoptiuum, 8. §. finali, nu. 4. ff. de in ius vocand. Aluarot. in cap. 1. §. denique, sub nu. 8. versic. Quarta cõclusio, quæ fuit prima caus. benefic. amittend., Afflict. in cap. 1. §. hoc quoq; sub nu. 77. vers. hoc etiam sentit Bartolus, aliàs est sub nu. 30. de success. feud. Iacob. de Ardizon. in epitom. feud. p. 2. cap. 60. fol. 62. Speculat. in titul. de feudis, §. nunc dicamus, sub nu. 2. Iacobin. de Sancto Georgio in verb. *dictiq; vasalli, il primo*, sub nu. 60. versic. Bartolus autem, Zazi. de feud. par. 10. sub nu. 98. vers. secundò fallit, Sonsbec. in simili tractatu part. 13. sub nu. 37. vers. Quid si filius deliquit, Marsil. de bannitis, in verbo *delictis*, nu. 62. in fine, folio 70. Capra concl. 77. nu. 18. & 41. Eguinar. Baro de feud. lib. 3. cap. 8. versic. Qua ratione si patre, fol. 94. Bursat. conf. 225. nu. 188. Gail. de pace publica, cap. 13. nu. 25. vbi testatur de communi, & latè ex istorum, & aliorum auctoritate confirmat Rosental. de feud. cap. 11. quæst. 6. sub nu. 1. maximè in glosa, & nu. 18. in fine.

Culpa patris nõ nocet filio, quãdo feudũ numquã deuenit ad eum, qui cõmisit culpam.

Et in effectu idem voluit Isernia in constitutione Regni incipiẽte *Ob filiorum culpas*, sub rubrica *Vt pater forindicati ex delicto filij non teneatur*, lib. 2. fol. 70. in antiqua impressione col. 4. & in noua fo. 143. col. 2. versic. *Item in feudo tunc filius forindicati, vel proditoris habet illud non fiscus, quia nepos succedit auo ex persona sua*, quem referũt, & sequuntur specificè Afflict. in cap. 1. §. præterea, sectione incipiente Glosa tertia, nu. 79. aliàs est nu. 30. vers. Vnum tamen non omitto, q; dicit Andreas, in tit. quæ fuit prima caus. benef. amitt. & Gigas de crimine læsæ Maiest. lib. 3. tit. de rebellibus, quæst. 20. fol. mihi 176.

Quidquid alibi idem Isernia in dicto cap. 1. §. præterea, sub nu. 10. vers. in secunda quæstione de nepote, mouet quæstionem, & sub eodem num. vers. Melius, & æquius, quæ fuit prima causa benefic. amit-
309 tend. explicitè firmauerit † indistinctè delictum patris etiam præmortui viuente auo nocere nepoti, subdens nu. 11. quòd licèt de præsenti pater nihil possideat, nihilominus habet spem, & destinationem, & quia à patre culpante habet esse filius, & ex eo descendentes, & ma-

Contraria opinio Isernia reiecta.

310 cula patris est in filio. Horum enim habita fuit ratio † à scribentibus, & nihilominus contrarium communiter resoluerunt, sicuti ex præcitatis constat, & hæc obseruauit etiam Rosental. d. cap. 11. quæst. 6. in glos. a., vbi mouet hunc scrupulum ex auctoritate Iserniæ, & motiuũ

Culpa patris nõ nocet filio in vitio accidentali, & quãdo filius venit ex persona propria.

311 de incapacitate patris non turbat, quia nõ habet locum † in vitio accidentali, nec quando filius vult succedere ex Iure sibi debito ex persona propria, vt dixi in mea controuersia forensi 207. nu. 33. cum seqq. & nu. 42., & faciunt quæ deduxi in primo articulo pro resolutione motiui, quòd linea Ludouici non habuerit initium, à nu. 363. vsque ad numerum 382.

Et quod dictum fuit supra nu. 11. delinquentem priuari etiam spe

312 successionis, procedit † respectu propriæ successionis, vt si eueniret casus in eius persona.

Sicuti igitur nepos, cuius pater delinquens prædecessit auo, & sic deliquit, quando alter possidebat, & nondum euenerat casus eius successionis, non excluditur, quia dicitur venire ex persona propria; Ita & multò minus excludi nequit, quando alter agnatus de comprehensis nõ ascendens, sed transuersalis possidebat feudum, nec ipso offensore viuo purificata est eius successio, quia militant eædem, & fortiores rationes, quando transuersalis possidet, ac vigeant, quando auus, vel alter de ascendentibus adhuc præoccupat feudum.

Responsio ad cõtraria remissiuè.

Quibus sic firmatis pro exclusione culpæ obiectæ Duci Ludouico,

313 non obstant † quæ adducebantur in contrarium à num. 8. vsque ad numerum 19. quia nõ procedunt in casibus particularibus, de quibus in singulis argumentis, & particulariter ad id, quod priuetur spe, dixi nu. 185. non habere locum, quando de præsenti vasallus est obligatus posteriori domino, cui tenetur seruire etiam contra primum dominũ, cui nondum iurauit fidelitatem, & habet tantùm spem successionis; & iterum paulò supra num. 312. dixi, quòd priuatur spe respectu suæ personæ, non aliorum vocatorum in casibus, de quibus in vltimo argumento.

Et hæc quò ad personam Ducis Ludouici.

Imputatio contra Ducem Carolum.

314 QVò verò ad personam Ducis Caroli, qui imputatur † de auxilio, & subsidio introducto de anno 1595. in Ciuitatem Cameraci Imperialem (quam pleriq; credunt esse † eandem, quàm

315 Cæsar in suis commentarijs vocat Samarobrinam,) dum obsideretur ab exercitu Regis Catholici, de quo subsidio introducto (licèt demum sine effectu propter ciuium contumaciam) meminerunt Io: Buzzelin. in sua Galloflandria tom. 2. lib. 12. fol. 612. in fine, Ioannes Serranus latinitate donatus in inuentario historiæ Franciæ in vita Henrici Quarti fol. 730. col. 2. ibi:

Dux Carolus introduxit subsidium in ciuitatẽ Cameraci pro Rege Frãciæ, dũ obsideretur ab exercitu Regis Catholici.

Vt itaq; timore perculsos, ac noui iam domini meditantes obedientiã erigeret ciues, (loquitur de obsidione Cameracensi) *Niuernensis Dux vnicum suum eò mittit filium Rethelensem Ducem cum Vicquio, Bu-*

hao,

heo, Trumeleto, Valbecurtio, Sugnio, Florio, Chelthrao, & alijs, & circiter trecentis Equitibus. Et paulò infra.

Omnibus itaq; abiectis alijs adminiculis, & potiorem conditionem, maioremq; libertatem sibi sub peregrino domino pollicentes, (loquitur de ciuibus Cameraci) *perfido consilio portas hosti aperiunt, proditos aũt se videntes Dux Rethelensis, Balagnius, Vicquius, & alij arcem occupant. Interea Niuernensis Dux naturalibus vincitur Storgis, ac vnicũ suum, quem amittere graue ipsi erat filium, reuocans omnem reliquis necessarij promptiq; auxilij praescindit spem. Hinc Balagnius nona die*
316 *Octobris oblatis † ab hoste subscribit conditionibus*. Subdens: *Paruo*
317 *intersecto tempore moritur † Niuernensis dolens hinc ob tantum huic statui inflictum vulnus; laetus inde, quòd filij sui in adducendo in vrbem auxilio vidisset strenuitatem*. Idem memoriae tradidit Iacobus Augustus Thuanus lib. 113. suarum historiarum rom. 5. fol. 565. littera B. vbi hanc obsidionem diligentissimè describit.

Dux Ludouicus moritur de anno 1595. die 23. Octobris.

Verùm ipsum nullam priuationem incurrere potuisse certissimi iuris est.

Primò, quia vti adolescens, qui paucis mensibus excedebat aetatem
318 quindecim annorum, cùm natus esset † Parisij die 6. Maij 1580. hora quinta matutina, vt apud Posseuinum Iesuitam in fine dictae orationis funebris, & Fratrem Hippolytum Donesmõdum in sua historia ecclesiastica Mantuae lib. 9. fol. 334., & auxilium introductũ fuerit de mense Septembris 1595. vt apud auctores citatos supra sub nu. 315. Ignorare verisimiliter potuit cuius iuris esset dicta Ciuitas, maximè cùm possideretur à Rege suo, & ob id venit excusandus, per ea, quae dixi in secundo fundamento prioris capitis nu. 95. praesertim nu. 108. & num. 135., idq; tanto magis, cùm omnes historici conueniant
319 antiquitus vsque sub Clodione Comato secũdo Rege † Franciae, qui successit in Regno anno Christi 431. Cameracum fuisse de iuribus
320 Franciae † vindicato Regno Franciae à Romanis eo iure, quò Romani Galliam subegerãt, Munsterus in sua Cosmographia lib. 2. cap. 25. Otho Frisingens. lib. 4. cap. 32. Vvolfgang. Lazius de migration. gentium lib. 3. fol. 57. sub nu. 40. Annales Fuldenses Francorum sub anno 881. Volateran. in sua Geographia de origine Francorum fol. 36. sub nu. 20. Renat. Choppin. de domanio Franciae lib. 1. tit. 11. sub nu. 20. & latè de origine, & varijs dominationibus huius Ciuitatis Iacobus Augustus Thuanus historiarum libro 113. tom. 5. fol. 558. & seq. Ludouicus Guicciardinus in sua Flandria in descriptione Cameraci fol. 257. & Caesaris commentaria hoc testantur.

Dux Carolus quando natus.

Primũ arg. pro Duce Carolo, qui erat aetatis annorũ paulò plus quindecim, & ideo probabiliter ignorauit cuius iuris esset Cameracum.

Cameracũ antiquitus de Regno Franciae.

321 Quomodo autem Carolus Quintus Cameracensium † occupauerit libertatem de anno 1543. notat Franciscus Belcarius in suis commentarijs rerum Gallicarum lib. 23. sub nu. 39. fol. 744. his verbis:

Carolus quintus quo occupauerit libertatem Cameracensium.

Caesar post Regis discessum circiter quatriduum ad Landrecensium commoratus Cameracum abijt, & per Vrbis Pontificem, qui è Croia familia

milia erat, Regem eius occupandæ cōsilium cepisse Cameracensibus persuasit arcem extruerent, qua libertatem suam, seu neutralitatem, (vt vulgò loquuntur) tuerentur, hanc illi nimium creduli suis impensis ædificarunt, ædificatæ Cæsar præsidium imposuit, cui Cameracenses, quamuis Cæsari sacramentum dicat, stipendium pendere coacti sunt; Cameracenses ad Gallos magis propendere Cæsar existimabat, idcircò illis libertatem abstulit.

Secundum arg. quia Cameracū non obsidebatur ab Imperatore, sed à Rege Catholico.

322 Secundò nullam commisit culpam, quia Ciuitas obsidebatur † ab exercitu Regis Catholici, non autem Imperatoris, & ideo nullam fecit offensam Imperio eam defendendo ad fauorem possessoris contra extraneum.

Tertiū arg. quia erat subdit⁹ domicilio, & origine Regis Franciæ, & militabat pro patria.

Tertiò excusatur etiam, quia erat subditus domicilio, & origine 323 Regis Franciæ, vti natus in Gallia, ideo potuit pugnare † pro patria, & Rege, etiam contra dominum directi, à quo teneretur feudum, & etiā quia eius pater habebat de præsenti Ducatus beneficiarios Coronæ Franciæ, maximè Ducatum Niuernij, pro quo est vasallus ligius Regis, Antonius Contius in Methodo feudorum in titulo de diuisionibus feudorum, versic. sed hæ duæ consequentiæ. fol. 506. eius operū. Ab Imperio autem habebat tantùm expectatiuam, vt dixi in tertio, quarto, & sexto argumentis, num. 172. 186. & 219. pro diluenda imputatione Ducis Ludouici, quæ non est opus iterum repetere; & cū militaret defendendo Regem, cuius erat subditus, non habuit quærere, an bellum defensiuum esset iustum, vel iniustum, vt dixi supra num. 227.

Quartum argu. qa receptus fuit ad seruitia militando pro Imperatore.

Quartò, quia ipse Dux Carolus post mortem patris receptus fuit ad 324 seruitia militando † in Vngaria pro Imperatore contra Turcas de anno 1602. vbi pugnando sub Herulia (Budam nunc vocant) grauibus fuit affectus vulneribus, vt apud Donesmodum in historia ecclesiastica Mantuæ lib. 9. fol. 371. in fine, & fol. 372. in hæc verba:

Dux Carolus de anno 1602. militauit in Vngaria pro Imperatore cōtra Turcas, & pugnando vulneribus fuit affectus.

Acquistò fama di gran valore nell'Ongaria inferiore quest'anno il Duca Carlo Gonzaga di Niuers, & Reteloes, il qual mosso da sola Zelo della Christiana religione, v'era alle proprie spese come Venturiere andato per adoprarsi contra il barbaro furore del Turco, & combattendo valorosamente n'haueua riportate gloriose ferite, per curar le quali, vi furono immantinente dal Duca Vincenzo mandati huomini da' suoi Stati intendentissimi dell'arte, per la diligenza de' quali in pochi giorni guarì. Petrus Matthæ. hoc quoq; perstringit in secunda parte suarū historiarum lib. 6. in summario quartæ narrationis fol. 267. versiculo *Quando si ragionerà di quelli.*

Offensa dicitur remissa à dño, si recipit vasallū ad seruitia.

Quando autem dominus offensus facit aliquas gratias, vel recipit 325 ad seruitia vasallum, qui commisit offensam, dicitur remissa † etiam in crimine læsæ Maiestatis, Ardizon. in epitome feudorum rubr. 68. versic. nisi postea dominus beneficium susceperit, fol. 72. fac. 2. Ioan. Blanc. in sua summa feudal. lib. 2. cap. 1. sub nu. 28. versic. nisi postea do-

dominus,fol.188.& nu.111.fol.330. Andreas de Isernia in cap. Imperialem,sub nu.60.versic.nam commissæ ante videntur tolli per beneficium collatum,de prohibit.feud.alienat.per Federicum, Aluarot. in cap.licet,nu.8.& ibi Præposit.paulò ante finem,versic. quæro quid si ad interpellationem. & Petrus de Rauenna versic. & si dominus interpellauerit,Si de feud.defunct.fuerit controuersia, Alexand.consil.14.num.10.volum.2. Deci.cons.185.aliàs est cons.184. num.10. Ruin.cons.35.nu.25.in fine,& nu.26.vol.1. Iacob.de Leonard.inter consilia feudalia Bruni cons.114.num.319. Curt.iun.cons.142.sub nu.14.& in tract.de feud.part.4.nu.52.fol.357.& sub nu.61. versic. tangit etiam,fol.365.Capic.in sua inuestitura feudal.fol.57.colum.2. versic.limita quartò,Io:Thom.de Marinis de generibus feudor. tit.2. sectione incipiente Constitutio Regni,sub num.80. versic. Ratio est, quia dominus,fol.51.in magna impressione, Iacobin.in sua inuestit. in verbo *Qui quidem inuestiti*,nu.38.Intrigliol.de feudis, centuria 1. quæst.98.num.121. Raudens.variar.resolut.lib.1.cap.23. num.64. folio 115.

Et magis specificè,quòd per receptionem seruitiorum dicatur re- *Et specificè felonia.*
326 missa felonia,† etiam ~~cum~~ in crimine læsæ Maiestatis,tradit auctor incertus in tractat.de crimine læsæ Maiestatis.quæst.12. in volumine tractatuum diuersorum fol.68. qui ad hoc adducit textũ, quem dicit Peregrinum in l.sed si accepto,32.ff.de iure fisci, allegat etiam Baldũ formaliter decidentem hanc quæstionem, vt ipse refert in l.Imperialis,23.§.his illud,C.de nuptijs,vbi inquit Baldũ proponere quæstionem,quid si Princeps vasallum commissa feloniæ, vt parem suæ curiæ vocauerit,& admiserit, videtur eo ipso omnem maculam abstersisse, Baldus tamen in meis lecturis eo loci hoc non dicit, sed hoc idẽ docuerunt Afflict.in cap.Imperialem,§.insuper, sub nu.41.aliàs sub nu.18.de prohibit.feud.alienat.per Federicum,Raudens.variar.resolution.cap.61.nu.26.fol.398. Bero.cons.76.nu.100.vol.1.Menoch. cons.1080.nu.13.& 14.volum.11.Decian.in tract.crimin.lib.7.cap. 41.nu.44.& cap.42.nu.46. Farinac.de crimine læsæ Maiestatis quæstion.116.nu.138. Schrader.cons.15.sub nu.8. vers. Attamen si Imperator,volum.1.& cons.27.sub num.32.volum.2. & in tractatu de feudis parte secunda nonæ partis principalis,sectione 14. sub nu. 23. versic.septimò concludo,& versic.octauò concludo,Rosental.de feudis cap.6.quæst.61.in fine,& cap.10.quæst.38.sub num.4. in glos.c. versic.idem est,si ob alias felonias, vbi ad hoc citat textus in l. Celsus,28.aliàs 23.in principio, ff.de recept.arbitr. & in l.final. in fine, ff.de eo,quod certo loco, & in l.commissoriæ,4.C.de pactis inter emptorem, & venditorem, idem Rosental.dicto cap.10.quæst.39.sub num. 25.

Nec releuat,quod dicitur ex aduerso Ducem Carolum fuisse in Pannonia in gratiam, & in societate Vincentij Ducis Mantuæ eius

con-

consanguinei, nullam militarem prouinciam sustinens, sed ei assistes absque aliquo munere militari, satisfaciendo potius desiderio ipsius Ducis Vincentij, quàm alia causa motus ad id præstādum: sunt verba partis aduersæ.

Vincentius primus Dux Mantuæ ter fuit in Vngaria militā do pro Imperatore.

Namq; falluntur in hoc aduersantes, Tribus enim vicibus Vincentius Dux Mantuæ fuit in Pannonia, nempè & primò de anno 1595. deinde de anno 1597. & denique de anno 1601. vt memoriæ mandarunt F. Hippolytus Donesmondus in sua historia ecclesiastica Mantuæ lib. 9. folio 322. 344. & 364. & Antonius Posseuinus iunior Philosophus in sua Gonzaga lib. 8. fol. 808. 816. & 827. Dux verò Carolus militauit ibidem pro Imperatore cum quadraginta Nobilibus, quos secum habebat diuerso tempore, scilicet de anno 1602. quo tempore Dux Vincentius erat Mantuæ, & ex ipsa Ciuitate Mantuæ misit Peritos ad dictum Ducem Carolum pro curandis vulneribus acceptis in pugna in Vngaria, vt dixi supra nu. 324. Ita vt obiectum ex ipso facto diluatur, quamuis etiam non admiserim, & si fuisset in societate Ducis Vincentij militando vulneribus affectum, non inseruiuisse Imperatori.

Vincētius Dux Mantuæ nō fuit in Vngaria de anno. 1602. quo tempore ibi militauit Dux Carolus.

Quintum argu. offensa dicitur remissa ex pace. de anno 1598. secuta in Viruino pro dicto, & alijs bellis.

Tandem ex pace secuta inter Regem Franciæ Henricum Quartum, & Philippum Regem Catholicum in Veruino die sexta Maij 1598. de qua meminit Ioannes Buzelinus in sua Galloflandria tomo secundo lib. 12. fol. 616. versic. Anni eius, qui secutus est, & Thuanus historiarum tom. 5. lib. 120. in principio, & fol. 782. sub litt. B. & C. cuius pacis capitula ad verbum recensuerunt Raudensis in fine eius decisionum fol. 631. & Marta in tractatu de iurisdict. part. 1. cap. 40. folio 122., vbi in septimo, & octauo capitulis, omnes, qui in illis bellis inseruierunt, restituuntur, dicitur remissa omnis offensa, vt deduxi in septimo argumento præcedentis capitis concernentis personam Ducis Ludouici, nu. 228. cum seqq.

Et si diceretur, quòd pax fuit cum Rege Hispaniarum, non autem cum Imperatore, replicarem, quòd etiam bellum fuit cum ipso Rege Catholico, non autem cum Imperatore, quod aut gessit nomine proprio, aut Imperatoris, & vtroque casu, & nomine censetur ab eo pax inita.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Bellum non nisi iniustum moueri posse pro priuando Serenissimo Duce Carolo legitimo possessore, & successore possessione Ducatuum Mantuae, & Montisferrati, & si qui illud mouerent, & eisdem fauerent, tenerentur ad restitutionem, & refectionem omnium damnorum, etiam inspecta Ratione Status Politica; Et tractatur, quae sit Ratio Status permissa, & bona, & quae illicita, & mala.

AN arma, quae parantur contra Serenissimum Ducem Carolum, & eius Status Mantuae, & Montisferrati licitè moueri possint.

Respondendum est negatiuè talia arma, & bellum licitè moueri non posse, & absq; obligatione restitutionis omnium damnorum à Serenis. Dño Duce Sabaudiae, & alijs praetensoribus quiqui sint, qui adhùc nullam proposuerunt petitionem, nec declarauerunt se praetensores, nisi viam facti, non iuris tentando.

Ad bellum enim procedendum non est, nec illud permittendum,

1 nisi sit iustum; & iustum non dicitur,† nisi habeat haec tria requisita: Quòd fiat auctoritate superioris habentis ius bellum indicendi; Quòd fiat iusta de causa; Et quòd moueatur recta intentione, hoc est zelo iustitiae, non autem aliqua animi passione, vel odio, vt docuit Diuus Thomas in secunda secundae quaest. 40. artic. 1. in resolutione ipsius articuli, & post eum Sotus de iustitia, & iure lib. 5. quaest. 3. artic. 5. versic. Bellū autem iniustum, fol. 443. Adrian. in quarto Sententiarū de Sacramento Penitentiae, tit. de restitutione, §. Bellum autem dicitur iustū, fol. 48. col. 3. Alphons. Aluarez. in Specul. christian. Religion. cap. 41. nu. 2. & 14. Gregor. de Valentia super secunda secundae D. Thomae disputat. 3, quaest. 16. punct. 2. to. 3. fol. 779. Petr. Nauar. de restitut. ablator. lib. 2. cap. 3. nu. 268. & 269. tom. 1. fol. 175. Bellarmin. tom. 2. suarum cōtrouersiarum christianae fidei in controu. 2. generali lib. 3. titul. de laicis, cap. 15. fol. 484. Valerius Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 21. cap. 8 nu. 86. tom. 2. fol. 239., vbi nu. 93. refert causas iusti belli, Molina de iustitia, & iure, dispur. 100. 102. & 107. qui dicta disput. 102. 104. &

2 105. recenset † nonnullas iusti belli causas, Azor. institut. moral. par. 3.

Caetanus in Summ. in V.° Bellum. in princ.

 lib. 2.

3 lib.2.cap.7.quæst.34., vbi alias iusti belli † causas cumulat, Rosental. de feud.cap.8.quæst.20.nu.11., & in effectu concordat Alexand. de Ales in sua summa par.3.quæst.47.membr.3.artic.1. Frachetta in suo Principe lib.2.cap.5.fol.203.vbi inquit: *Hora non conuiene ad vn buon Prencipe il muouer guerra contra ragione, come ben dicea Isocrate.*, Federic.Bonauentur.in tractatu *della ragion di Stato*, lib.4. cap.99. in princip.fol.645. Iustus Lipsius in sua Politica lib.5.cap.4. & facit textus in cap.1.23.quæst.2.

4 Et qui aliter mouet bellum deficiente vno ex dictis tribus requisitis peccat † mortaliter, & tenetur in conscientia ad restitutionem omniũ damnorum, vt concludunt omnes, & præcipuè Petr.Nauar. de restit. ablator.dicto lib.2.cap.3.sub nu.259. Dominicus Bannes super secunda secundæ D.Thomæ quæst.40.artic.1.dubit.7.col.1367. Molina de iustit.& iur.disput.101.115.& 123.vers. Quinta conclusio. Bellarmin. vbi supra d.tom.2.cap.15.versic.Ex quo deducitur,lib.3.fol.484. Reginald.in praxi fori pœnitential.lib.21.cap.8.num.91.tom.2.fol.240.& nu.108.fol.244. Graffi.in suis decisionibus aureis,par.2. cap.20. n.48. fol.124. Rosental.de feud.cap.8.quæst.20.nu.6. Imperial.Cinueci.de re militar.cap.8.lib.1. fol.14. in fine.

5 Et nedùm tenetur restituere,& peccant mortaliter,qui mouent arma iniustè,sed etiam Ministri,† qui tale bellum consulunt, & laudant Principi, Molina de iustit.& iure disput.113. vers.Sit verò prima conclusio,fol.403. facit Sayrus in sua claui Regia lib.8.cap.3.sub num.20. versic.Tertiò certum est, vbi inquit,qui suo consilio causa est alicuius damni, ad illius restitutionem obligari.

6 Hic autem hactenùs nobis non constat, qua auctoritate moueatur, sed certum est deficere causam iustam, tùm quia ciuiliter quæstio ista cognosci potest,& Dux Carolus paratus est ciuiliter sustinere iudiciũ, & respondere,ac docere de iure suo; & vbi quis offert condignam satisfactionem,† quæ hic est de stando iuri, iniustum est bellum, quòd contra illum mouetur,vt tradunt Valentia super secunda secundæ Diui Thomæ disput.3.quæst.16.puncto 2. versic.Septimò certum est,tomo 3.fol.778.Molina de iustit.& iur.disput.103.versic.Belli causa explorata,Bannes in dicta secunda secundæ Diui Thomæ quæst.40.articul.1.dubit.8.vers.Huius dubij explicationem,fol.1368., & quòd,vbi causa ciuiliter cognosci potest,non sit deueniẽdum ad arma, deducam etiam infra nu.229. & seqq.

7 Tùm etiam deficit iusta causa belli ex parte inferrentium, quia,vbi quis est in possessione † Ducatus,vel Regni controuersi habita sine vitio,& notoriè non præualet ius minitantis bellum, imò etiam si quęstio esset ambigua,& pares rationes, & multò magis,si prima facie videatur

8 præualere ius possessoris in meritis,tunc † ille non tenetur cedere possessionem,nec se ea priuare, nec bello potest ad id cogi; & si hac de

9 causa moueatur, dicitur iniustum, † & illud mouens, ob id mortaliter peccaret,

peccaret,& teneretur ad damnorum refectionem,vt tradunt Francisc. Victoria in relectione de iure belli,nu.27. vers. Tertium dubium quid faciendum,& num.seqq.fol.399. Gabr. Vasquez super prima secundę Diui Thomæ quæst.19.artic.6.cap.3.fol.304.maximè in vers. Deinde in causa vtriusque,Gregor.de Valentia super 2.2.Diui Thomæ disput. 3.quæst.16.de bello,puncto 2.vers.Quod si post diligentem,col.776. in fine,Azor.Institut.moral.tom.3.lib.2.cap.7.quæst.5.fol.134.Thomas Sanchez in præcept. Decalogi tom.1.lib.1.cap.9. num.36.fol.36. 1
Molina de iustit.& iure disput.103., vbi postquàm firmauit tale bellum moueri non posse, & si moueretur fore iniustum, reddit rationem in hæc verba: *Primum,& secundum eorum,quæ asserta sunt ex eo probā-*
10 *tur,quòd in dubio melior sit† conditio possidentis,eaq; de causa,qui est in le-* 1
gitima possessione interim,dùm omninò sibi nō constat rem ad alium per-
11 *tinere,neque teneatur† se ipsum spoliare,& priuare, neq; alius esto is*
12 *Iudex sit,possit† licitè illum ea,aut parte illius spoliare.* Idem docuit Becanus in sua summa Theologiæ scholasticæ in secunda parte secundæ partis cap.25.quæst.8.fol.431.Valer.Reginald.in praxi fori pœnitential.lib.21.cap.8.sub nu.86.tom.2.fol.239.

Iura autem prætensorum nedùm non præualent,sed nec sunt æqualis,imò nullius probabilitatis,nā Serenissimus Dux Sabaudiæ ex mor-
13 te vltimi Ducis Mantuæ,& Montisferrati nullum ius† vltra prętensionem antiquam acquisiuit,cui,cùm obstet sententia Caroli Quinti Imperatoris, quæ in dubio facit præsumi pro iure possessoris, nec dictas 2
assertas prætensiones spatio ferè centum annorum à die dictæ sentētiæ melius liquidauerit, illæq; pendeant coram Cæsare, dici nequit, quòd possint æquiualere iuribus Serenissimi Ducis nostri. In Statu autem Mantuæ nihil prætendit.

Quò ad agnatos masculos nulli sunt,qui possint prætendere in Ducatu Montisferrati,cùm ex descendētibus Margaritæ,& Federici nulli
14 adsint† masculi,nisi ex Ludouico tertiogenito ipsorum, nempè Dux Carolus, & eius filij; Fœminæ verò ex tenore ipsius Inuestituræ, qui
15 cantat † *Pro se,& eorum descendentibus legitimis masculis,& illis quandocunque deficientibus,pro fœminis,ità quòd fœminæ semel,vel pluries exclusæ etiam admitti valeant.* de qua etiam meminit Menoch.in cōsilio 160.in facti specie,donec extant masculi ex illis primò inuestitis,
16 silere† debent.

Respectu autem Ducatus Mantuæ nemo agnatorum potest præce-
17 dere ipsum D.Ducem Carolum,cùm ipse sit † ex stipite,in quo vltimo loco purificata est primogenitura,& proximior vltimo defuncto, qui stipes debet euacuari antequàm per saltum transcendatur ad alios sti- 2
pites remotiores,vt demonstraui in primo articulo: Sufficit enim nunc tantùm insinuare iura prętensorum non habere probabilitatem præualentiæ,& ob id nulli iusto bello pro priuando possessore,vel auocanda possessione locum esse posse.

Quòd si arma mouerentur ex virulentia, & amaritudine contracta;
ob non participatum matrimonium antequàm celebraretur inter Se-
renissimos Principes nostros, ob quod multæ amputatæ sunt conturba-
tionum radices in quietem populorum, tunc deficeret etiam tertium
requisitum iusti belli, quod fieri debet recta intentione, & zelo iustitiæ,
non autem ob has passiones, & ob id, licèt aliàs alijs respectibus posset
dici iustum bellum, & non obligaret ad restitutionem, tamen propter
18 istum diceretur † iniustum, & inficeret peccato mortali; vt ex Diuo
Augustino contra Faustum Manichæum lib. 22. cap. 74. tom. 6. fol. 38.
col. 4. in illis verbis: *Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impacatus,*
atq; implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si quæ
19 *similia, hæc sunt † quæ in bellis iure culpãtur, quæ plerunque ita culpan-*
tur, vt etiam iure puniantur, tradunt D. Thomas in secunda secundæ
quæst. 40. artic. 1. in resolutione dicti articuli, Adrianus super quarto
Sententiarum, §. Bellum pariter dicitur, fol. 48. Bannes super dicta se-
cunda secundæ quæst. 40. artic. 1. dubit. 8. vers. circa conditionem, folio
1372. Petr. Nauar. de restit. ablator. lib. 2. cap. 3. sub nu. 269. vers. Tertia
conditio, fol. 175. Molina de iustit. & iur. disputat. 107. Bellarmin. dicto
tom. 2. controuersiar. titul. de laicis, cap. 15. versic. Secundò notandum,
fol. 484. Graffi. par. 2. decision. aur. cap. 20. sub nu. 6. & nu. 30. Io: Rai-
naud. in suo comprehensor. feudal. ad cap. Imperialem, §. firmiter etiã
statuimus, nu. 20. de prohibit. feud. alienat. per Federicum, fol. 103.

20 Quamuis etiam de hoc nemo iure conqueri potest, † cũ de isto ma-
trimonio, quod inopinatò celebratum fuit, nihil participauerit, nec vl-
lam scientiam habuerit Dux Carolus: Sponsi verò adolescentuli, qui
sub cura, gubernio, & obedientia Ducis vltimò defuncti viuebant, non
potuerunt, nec debuerunt ei non obedire, maximè in consolationem
eius tunc morientis, qui, cùm aduenisset dispensatio Summi Pontificis,
dum ipse morti proximus esset, iussit illud in sui consolationem, & pu-
blicam pacem huius Status contrahi, quod priùs etiam demandasset, si
citiùs dispensationem habuisset. Principes verò Iugales, & Ministri,
quod libenter fecissent, non potuerunt admonere quemquam in ex-
ternis partibus propter imminentem mortem Ducis iubentis, sed tantũ
in continenti executi sunt mandatum, ne anima illa conturbaretur, &
inconsolatus ipse Dux decederet; Impietatis enim species erat non
consolari illum in tam iusto mandato.

Quin etiam tutum non fuisset præmonere aliquos ex his, qui tam
enixè hoc cupiebant propter dispositionem Concilij Tridentini sessio-
ne 24. de reformatione matrimonij cap. 9. acriter in hæc verba prohi-
21 bentis † Principibus, & alijs potentioribus *sub anathematis pœna, quam*
ipso facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè subditos suos,
vel quoscunque alios cogant, quominus liberè matrimonia contrahant.
Minus et iustum esset si moueretur, quia Dux Carolus natus sit in Gal-
lia, per ea, quæ latè scribit Giurba in cons. crimin. 1. improbãdo similem

rationem Status politicam, quam ex Pio Quinto appellat diabolicam, & damnationis flagro acriter flagellat.

Hoc etenim prætendi non posset, nisi ex illo iure particulari, q. vocant Rationem Status, qua Status ratione bona, vera, & licita nullo pacto iustificari posset bellum istud.

22 Siquidem Ratio Status alia est † vera, & permissa, alia apparens tan-
tùm, illicita, ac omninò reprobata, vt has species distinguunt Giurba di-
cto consil.crim.1.nu.3.cum seq.& nu.7.& Federic. Bonauentura Vrbi-
nas in suo tractatu vulgari sermone edito *Della Ragion di Stato, & del-
la Prudenza politica*, lib.1.cap.4.& 5.& cap.13., omissis pro nunc alijs
23 speciebus, † in quas diuiditur vera Ratio Status, de quibus agit idem
Bonauentur. in dicto tractatu lib.4.cap.58.

24 Ratio Status vera, & approbata † est ea, quæ cōformatur Dei, & iu-
25 ris præceptis, honestè viuere, † alterum non lędere, ius suum vnicuiq;
tribuere, alteri non facere, quod quis sibi fieri nollet, & eius officium
26 consistit † in rectè administrando, & regendo ad finem quietis, & vti-
litatis subditorum, non lucri, gloriæ, aut ampliationis Status regentis, &
27 vt regimen dicatur bonum, debet † habere finem diuinam vtilitatem,
& debet temperare Principis potestatem cum ratione, & sapientia, &
28 ob id hæc vera Ratio Status rectiùs appellatur † prudentia Status, quæ
est prudentia ciuilis, à virtutibus moralibus nunquam recedens, cùm
circumfusa sit in omnes virtutes, vt hæc omnia fusiùs tradit Giurba di-
cto consil.crimin.1.nu.3.& seqq.& nu.7., vbi subdit nu.5. impossibile
29 esse † quem bonum appellari sine prudentia, & sine ea nullam posse
30 esse † animi virtutem; & cùm sit prudentia Status, nos ad omne bonū,
31 omnem virtutem, † & omnem beatitudinem ducere, & prudentiam
32 ciuilem esse veram regulam, † & regnandi normam, cum comites ha-
beat virtutem, & religionem, omnemq; ciuilem sciētiam dirigat, vt per
33 eum, qui addit nu.19. Ius Status esse † artem boni, & ęqui; & nu. 14.
inquit veram Rationem Status à lege Dei, eiusq; præceptis deuiare nō
34 debere † aliàs, vt ipse subdit, repugnaret penitùs eius fini, quo Reges,
35 & Regna † instituta fuerunt, vt regnent, Regnumq; in pace, & iusti-
tia conseruent, & latiùs prosequitur nu.15.& 16. Et Io:Kochier. in
thesaur.aphorismor.politicorum lib.2.cap.22.fol.192. in exemplis, ex
verbis Platonis lib.1.de legib. scribit: *Rempublicam sine ope Numinis*
36 *Diuini gubernari nō posse, † quippè sicut bestia, animantesq; rationis ex-
pertes sui curam habere nequeunt, neq; per se ipsa regere se possunt, sed
ad illas moderandas hominis indigentia, & directione opus est; Ita ho-*
37 *mines ad felicitatem dirigi non possunt, † nisi Deus moderetur, & quasi
manu ducat.*

Quæ omnia probauit etiam Bonauentura in dicto tractatu *della Ra-*
38 *gion di Stato*, lib.1.cap.4.& 5. qui licèt cap.6. nō admittat † veram Ra-
tionem Status esse simpliciter, & idem, quòd prudentia ciuilis, cū lib.2.
39 cap.3. velit potiùs esse prudētiam politicam, † sed nec simpliciter pru-

dentiam

dentiam politicam, ſed eius partem, vt in libro 4. cap. 2. & eam intra la-
tiſſimos fines conſtituat ſupra leges, vt in lib. 1. cap. 13. circa finem., &
lib. 4. cap. 94., & dicto lib. 4. cap. 11. fol. 519. ita ſcribit: *Ella non è altro,*
40 *ſe non vn'habito* † *prattico di ben conſultare, & riſolnere ſecondo la ret-*
ta ragione le coſe più importanti della Republica non obligato ad altra
41 *ragione, oueramente, ch'ella è vn'habito* † *prattico cõ vera ragione intor-*
no à maggiori beni del gouerno ciuile non obligato ad altra ragione, & ſe
vorremo (eſprimendo il genere proſſimo, & immediato di lei, & la propria
ſua differenza) apportare la ſua vera diffinitione, douremo dire, che la
42 *Ragion di Stato è* † *vna buona conſultatione intorno à maggiori beni del*
gouerno Politico, non obligata ad altra ragione, quam diffinitionem la-
tè poſtea explicat dicto lib. 4. cap. 114. fol. 664.

43 Tamen conſtituit eam non cõtrauenire † legibus, lib. 1. cap. 24. ver-
ſic. *poſciache queſta virtù nobiliſſima,* fol. 31. & vbiq; conſentit illius fi-
44 nem conſiſtere † in dictis Dei, & Iuris præceptis: & ne quis ex prædi-
cta diffinitione crederet eam eſſe liberam ab omni iure, & ab honeſto,
& iuſto, ſubdit dicto lib. 4. cap. 11. fol. 519. *E quì ricordiamo à chi legge,*
45 *che per buona conſultatione* † *noi intẽdiamo la conſultiua, in quanto che,*
come di ſopra s'auertì, eſſa conſultiua douendo eſſere parte, & ſpecie del-
46 *la prudenza; conuiene, che neceſſariamente ſia* † *buona conſultatione, &*
preſa in queſto ſentimento diciamo eſſer genere proſſimo della Ragion di
Stato.

47 Et eodem cap. 11. lib. 4. fol. 518. illam verſari † circa iuſtum non
ſcriptum, & ęquum ſcribit his verbis: *Quindi diciamo anche, che la con-*
48 *ſultiua hà particolarmente per oggetto* † *le due ſpecie del giuſto nõ ſcrit-*
49 *to* (de quibus † meminit d. lib. 4. c. 8. fol. 514.) *Seruendoſi di quella parte*
ancora, ch'appartiene all'equità, concioſia che come parte della prudenza
50 *politica, à cui ſeruono* † *tutte le virtù morali, ſe nè può valere ſecondo il*
biſogno à ſua voglia. Et paulò poſt agens de eius offitio inquit fol. 519.
51 *Si dourà concludere, che l'vffitio di eſſa ſia* † *ſpecialmente di mutar le*
leggi ſecondo il biſogno, & di affaticarſi intorno alle coſe, ch'appartengo-
no alle duo ſpecie del Giuſto non ſcritto, non però intorno à tutte, ma ſolo
intorno alle più graui, & che riguardano la ſalute, & il mantenimento
della Republica.

Et Sanctus Thomas in lib. 4. Politicorum lection. 4. tom. 5. eius ope-
rum, fol. 64. col. 2. quem loqui de hac Ratione Status intelligit Bona-
uentura in dicto lib. 4. *della Ragion di Stato,* cap. 23. fol. 536. vult quoq;
eam regulari à lege, vel ſcripta, vel interiori, & ſic à iuſto, his verbis:
Sed aliquis argueret contra illud, quòd dicit, quòd, vbi leges non præ-
52 *ualent non eſt* † *Reſpublica, quia Monarchia Regalis Politia eſt, tamen*
53 *non eſt Principatus* † *ſecundum legem, ſed ſecundum voluntatem, & ra-*
tionem Principantis. Ad hoc poſſet aliquis dicere breuiter, quòd quadam
54 *eſt Politia Monarchica,* † *in qua vnus dominatur, Alia eſt Politia Polyar-*
chicha, in qua plures Principantur; In Politia Polyarchicha non corru-

55 pta Principatur est † secundum leges, & de tali loquitur hic Aristoteles,
in alia non. Aliter dicendum est, & melius, quòd in omni Politia recta
56 *Principans dominatur † secundum leges, quia in omni Politia Principa-*
tur aliquis secundum aliquam regulam, quam dicimus legem, sed in qui-
57 *busdam illa regula est † interior existens in voluntate, & ratione, in qui-*
58 *busdam est extrà in scripto. In Monarchia Regali Monarcha † habet istã*
regulam, quæ est in voluntate, & ratione eius; in Politia Polyarchica est
59 *extrà † in scripto, quod ergò dicebatur, quòd, vbi est Politia, ibi est Prin-*
60 *cipatus secundum legem, verum est † vel intrinsecam, vel scriptam;*
hic autem intelligit de scripta, & ideò non multum differt à prima, sed
eam declarat.

Et idem Bonauentura lib.1.cap.15.propè fin.fol.20. ità scribit:

Finalmente concludono, che volendo noi ridurre à perfettione questa
Ragion di Stato, & aggiongerle quella bellezza, che sia possibile maggiore,
61 *ne conuiene d'hauer per chiaro, che si come ella precede † l'altre quattro*
ragioni sopradette, & quelle corregge à sua voglia, & distrugge; così da al-
tra, & di gran lunga più eminẽte ragione possa, anzi debba esser corretta,
62 *& destrutta, † ch'è la Ragion Diuina, ò Religione, che vogliamo nominar-*
la, in maniera che à paragone di lei venga ogni sua forza, & autorità po-
stergata, douendosi non altrimenti, ch'in concorso di ben particolare, &
63 *vniuersale è preposta † la Ragion di Stato alla Ciuile, così in concorso di*
64 *Religione, e d'Imperio senza alcun dubbio preporre † alla Ragion di Sta-*
to il rispetto della Religione. Et dicto lib.1.cap.24.fol.31.inquit:

65 *Posciache questa virtù nobilissima non contrauiene † alla legge, nè la*
ristringe, come alcuni falsamente hanno stimato, ma talhora l'interpre-
66 *ta, † oue ne sia il bisogno, & la dilata, hauendo, come si dirà à suo luogo,*
67 *grandissima proportione, † & somiglianza con l'equità, & quando pare,*
che contrauenga alle leggi propriamente parlando, per auuentura loro nõ
contrauiene, onde non si può dire, che sia contraria alla legge, & ragion
68 *ordinaria, ma sopra † di essa dandole vn moto per così dire, ch'à coloro, i*
quali non intendono la natura delle cose, par spesse fiate contrario, ma
veramente nõ è tale, per venirle da superiore, e più eminente virtù, à cui
essa legge, e ragion ordinaria è per sua natura subordinata, & sottoposta.

Idem Bonauentura dicto lib.1.cap.25.fol.33.ibi: *La vera Ragion di*
69 *Stato non rende † honeste quelle cose, quantonque buono sia il fine propo-*
70 *sto, che per loro natura sono cattiue, nè insegna, † ò permette, che si operino.*
Et eodem lib.1.cap.27.fol.35. in illis verbis:

In oltre quant'hanno lasciato scritto della Ragion di Stato rispetto al-
la Religione, per esser conforme al vero, vien da noi nõ solo approuato, ma
etiandio molto cõmendato, auenga che non sappiamo vedere, come possa-
71 *no star insieme queste cose, che la Ragion di Stato sia ragion † di publico*
bene, il che ancor noi concediamo, come verissimo, che la Ragion di Stato
72 *debba soggiacere † alla Religione, il che pure come verissimo accettiamo;*
& dall'altra parte, che la Religione ceda molte delle sue ragioni al ben

publico,

publico, il che hanno affermato nel fine del lor discorso, percioche in tal maniera ne seguirebbe, che non essendo la Ragion di Stato, secondo essi, altro, che ragion di publico bene, cedendo la Religione al ben publico molte delle sue ragioni, quelle necessariamente cedesse alla Ragion di Stato, il che non dobbiamo concedere à patto alcuno: oltre che, chi ben considera, non saranno quelle cose, ch'essi adducono in esempio, appartenẽti alla Ra-
73 *gion Diuina, la quale non può † nè per rispetto di publico bene, nè per altro qualsivoglia rispetto humano riceuer alcuna mutatione, e ceder alcuna cosa del suo, benche minima.*

Idem Bonauent. lib. 4. cap. 51. fol. 577. in principio scribit.

74 *Hà con la Ragion di Stato sembianza † l'equità, quanto alla causa, all'vfficio, & all'oggetto, perche nasce dalla medesima cagione, cioè, perche*
75 *la legge non può comprehendere † i particolari, & hà anco il medesimo*
76 *vfficio † ch'è di supplire al mancamento d'essa legge, Hà il medesimo og-*
77 *getto, † cioè il giusto naturale, ch'è detto semplicemente, & assolutamente giusto*, Et dicto lib. 4. cap. 86. fol. 628. inquit secundum Aristotelem
78 finem † gubernij Regni esse id, quòd honestum est. Iterumq; idem lib. 4. cap. 77. in fine fol. 616. sic scribit.

79 *Non può il Prencipe in modo alcuno seruirsi † della vera, & buona Ragion di Stato in mala parte, conciosiache in tal caso, come la Prudenza, &*
80 *la Virtù † restano d'esser tali, così la vera Ragion di Stato restarebbe di-*
81 *strutta, † nè sarebbe più vera, & buona Ragion di Stato, nè degna di questo nome.*

82 Et quòd vera Ratio Status non possit contrauenire † Religioni, & legibus Diuinis, nec eas transcendere, sed debeat se illis conformare, pulcrè disserit idem Bonauẽtura dicto libro *della Ragion di Stato*, lib. 4. cap. 89. per totum, fol. 683. his verbis:

83 *Molto meno può contrauenire † alla Religione, & transcendere le Di-*
84 *uine leggi, com'altri stima, percioche essendo la vera Ragion di † Stato*
85 *retta ragione, & la retta ragione fondata sopra la ragione, † & legge di*
86 *natura, anzi pure l'istessa legge di natura, & questa non altro, † che vna participatione della legge eterna, come Dottori di somma autorità hannò*
87 *insegnato, & si è detto anche da noi nel primo libro, & la legge † eterna, quella ragion di Dio di gouernar tutte le cose dell'vniuerso (percioche, si come la ragion di gouernar nel Prencipe hà ragione, & forza di legge, così la ragion di gouernar le cose in Dio Prencipe dell'Vniuerso, hà ragio-*
88 *ne di legge, che si dice poi Eterna, perche la Diuina ragione non hà † con-*
89 *cetto temporale, ma eterno,) & essendo la legge Diuina quella † col mezo della quale gli huomini si rendono in modo più alto, & perfetto partecipi della legge eterna, come gl'istessi Dottori hanno dimostrato, non potrà la*
90 *Ragion di Stato transcendere † le leggi Diuine, ne operare cosa alcuna contra quelle, se non vorrà in vn punto medesimo distruggere, & transcẽdere se stessa, & operare contra se medesima, & da se stessa esser discorde, il che non è possibile, ch'auenga; oue è da notare, che (come io auiso,) hà quasi*

S. Thomas 1. 2. quaest. 91. art. 1. & seq.

91 *quasi la medesima proportione † la Ragion di Stato cō le leggi ciuili scrit-*
te,& humane, che la legge Diuina con la legge di natura; percioche, si
92 *come fù di bisogno † oltre la legge di natura participatione dell'eterna,&*
contenuta in alcuni precetti communi della retta ragione, che dirizza
93 *l'huomo † solo ad vn fine, che non eccede le sue forze naturali, di dar à*
94 *lui la legge Diuina, che lo dirizzi al fine sopranatnrale, † à cui è prodot-*
to, con il mezo della quale viene l'huomo in modo più nobile, & perfetto
95 *à farsi † partecipe della legge Eterna, & della retta ragione, onde riguar*
da, anzi introduce in esso vno stato di maggior perfettione. Cosi, & nō
altrimenti nel gouerno Politico, che (come tante volte si è detto) è sem-
96 *biante † del Diuino, oltre le leggi scritte, nelle quali si partecipa la retta*
ragion in vn modo commune, & imperfetto per la natura imperfetta
97 *delle cose agibili, per le quali perciò non si possono † dal Gouernatore cō-*
durre i cittadini, se nō ad vn grado imperfettissimo (per così dire) di fe-
licità, nè si può da esso se non con modo molto imperfetto attendere alla
salute, & alla conseruatione loro; così (dico) nel gouerno Politico fù ne-
98 *cessario † di dar vn'altra legge, per mezo della quale participando chi go-*
99 *uerna della retta ragione, più perfettamente, & altamēte † potesse (sup-*
plendo à i difetti già esposti) condur se stesso, & i cittadini quasi à più
alto, & perfetto fine, alla felicità perfetta, alla salute, & conseruatione
publica, & alla perpetuatione del dominare. Ma per vn'altra ragione
100 *ancora non può la vera Ragion di Stato trasgredire † la Diuina legge,*
101 *percioche essendo ella parte † della Prudenza politica, & la legge Diui-*
102 *na la vera sapienza, † è vfficio della Prudenza Politica d'introdurre, et*
103 *conseruare † nella Città essa sapienza, & di commandare non à lei, ma*
per sua cagione, onde non può, ne deue cōtrafare à gli ordini suoi. L'al-
tra cagione per la quale si sono generate opinioni contrarie della Ragion
di stato nell'animo d'alcuni, hà origine (s'io nō erro) dalla falsa, & cat-
104 *tiua ragion di Stato, secondo la quale, † si come raccogliamo dall'Histo-*
rie, hauendo molti operate cose sceleratissime, & calpestando l'honesto,
& la religione, contrauenuto ad ogni legge Diuina, & humana, s'è cre-
105 *duto † da molti, che non possa darsi Ragione di stato, che non si dia, &*
conceda insieme nel gouerno ciuile quest'abomineuole, & scelerata li-
cenza; ilche, si come è falso, così è manifesto, che ciò non dee alla vera
Ragion di Stato giustamente recar alcun biasimo.

Et adeò verum est veram Rationem Status non permittere aliquid
106 iniquum, vt nec etiam eius vigore possit † aliquid malum fieri ob fi-
nem, & propositum bonum, vel vt inde aliquid boni eueniat: idem
Bonauentura lib.1.cap.25.fol.33. ibi:

107 *La vera Ragion di Stato non rende honeste † quelle cose, quantonque*
sia buono il fin proposto, che per loro natura sono cattiue, nè insegna, ò
permette, che si operino. Idem lib.4.cap.90. folio 633. cuius capituli
summarium tale est.

108 *Che alla Ragion di Stato non solo non è lecito † di operare il male sem-*

pliecemente, ma ne anche di operarlo à fine di qualche bene. In quo ca-
109 pite postea generaliter disserit, an possit fieri † aliquid malum, & vi-
tiosum ad bonum finem, vbi sicuti negatiuè concludit, prout verissi-
mum est, quod prosequitur etiam dicto lib. 4. cap. 91. per totum, folio
634. vbi fol. 635. ita scribit: *Dalla cui autorità mosso il dottissimo
Gaetano, disse ne' suoi Commentari sopra la terza parte della Somma, che
110 actus malus † ex suo genere non potest rectè fieri ex adiuncto bono fine.*
Ita particulariter id non permitti ex Ratione Status probat eod. lib. 4.
cap. 94. per totum, fol. 639. vbi inter alia facit hanc conclusionem
111 generalem: *Per ragion di stato non sarà concesso † d'operare cose vitio-
se, anche per buon fine, & ch'in somma non sarà lecito à lei sotto qual si
voglia pretesto, e qualsivoglia fine operare quelle cose, che sono per se, &
secondo la natura loro vitiose, e cattiue.*
Idem Bonauentura d. lib. 4. cap. 64. fol. 595. quærit, An Principes,
112 & Reges possint malè vti † Ratione Status, & Prudentia, & per mul-
ta capita super vna conclusione Aristotelis ratiocinatur vsq; ad capi-
tulum 77. fol. 615. in quo concludit, sicuti proponit in argumento di-
113 cti capitis 77. *Che nè la Prudenza, nè la Virtù, nè la Ragion di † Stato
possono vsarsi malamente,* quod proposuerat etiam antea in dicto cap.
64. lib. 4. promittens se ostensurum, *Che nè egli*, scilicet Aristoteles,
114 *qui dice, che della Virtù, & Prudenza l'huomo possa seruirsi † à cose
contrarie, nè per suo parere, di esse, & della Ragion di Stato possiamo ser-
uirsi in mala parte.*
Hactenus de vera, & bona Ratione Status. Nunc videndum est
de apparenti, & falsa.
115 Altera igitur est Ratio Status † apparens, & damnata, quæ sub spe-
cie virtutis, ac boni publici eius habitu personata, non Deum, non ra-
116 tionem respicit, † sed solam vtilitatem eius, qui illa vtitur, nulla alia
lege, vel ratione ductus, sed solo libito voluntatis pro ratione abutens,
de qua per Giurbam d. cons. crimin. 1. nu. 7., vbi de ea sic scribit:
117 *Cæterum Status Ratio non realis, sed apparens est, † nec Deum respi-
cit, nec rationem, sed solam vtilitatem vtentis illa, nulla alia lege, seu
ratione inspecta, & vt Principes, eorumq; Consiliarij Principis cuiusq;
118 vtilitati expedire arbitrantur, cùmq; status Ratio † contra omnem ra-
119 tionem sit, quia rationem non sequitur, † sed solam vtilitatem, seu finē
120 conseruandi Statum, vulgus tamen illam appellat Rationem Status † nō
121 quòd sit ratio, sed quia sæpissimè contingit † vitia virtutum nomine
colorari, virtutes vitiorum etiam nomine sæpe donari, cernendum vtiq;
diligenter est, ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem imitari videntur;
122 Dæmones itaq; † non homines sunt appellandi, qui vitia induunt men-
titis Virtutum nominibus, iuxta illud Ciceronis; Totius iustitiæ nulla
123 est capitalior, † quàm eorum, qui tunc, cùm maximè fallunt, id agunt,
124 vt boni esse videatur. Nec vox ista, quæ vulgus vtitur † Ius Status, si-
125 ne Iustitia benè sonat, cùm non ius, sed iniuria, † ne dicam Tyrannis*
potius

126 *potius dicendum sit, quod enim iustum est, ius est, † cùm ius sit obiectũ*
127 *iustitia; Iustitia verò finis est † Principatus, & administrationis Po-*
litica, ipsumq́; Ius Status Politicũ, quod deuiat à iuris tramite, pramis-
128 *sa quadam euasio est † sub quodam publica vtilitatis velamẽto admis-*
129 *sa; Differt itaq́; Prudentia Status † à Ratione Status, cùm habeat illa*
pro obiecto virtutem, nec illius vtilitatem, cui Ratio Status tribuitur.
130 *Ratione Status vti solent ij, † qui se vident legibus, & ratione vinci*
Bonadilla, qui Cornelium Tacitum attestantem refert, quod Titianus,
131 *& Proculus, vbi Consilijs vincerentur, † ad Ius Imperij confugiebant.*
132 *Et libro 15. annalium loquentem de Nerone, qui cũ Vestinum † destrue-*
re niteretur, sic ait, igitur non crimine, non accusatore existente, quia
speciem iudicij induere non poterat, ad vim dominationis conuersus;
133 *sicq́; rationem Status † vim dominationis, & Ius Imperij appellat, vbi*
Consilium, Ratio, & Ius deficit. Re igitur perpensa existimo Status ra-
134 *tionem à lege Dei, † eiusq́; praceptis deuiare non debere, vsq; adeo vt*
135 *alia (quam pramisimus) Status Ratio † repugnet penitùs fini, quò Re-*
ges, & Regna instituta fuere, vt regnent nempè, Regnumq́; in pace, &
iustitia conseruent. Hæc Giurba in d.cons.1. à nu.7. vsq; ad 14. vbi opportunas adducit auctoritates, quæ apud eum videri possunt.

Bonauentura quoque in dicto tractat. *della Ragion di Stato*, libr.4. cap.83. in princ. fol.624. ità de hac scribit: *E' vn'altra sorte di Tiran-*
136 *nide, † come pure insegna Aristotele, che honestando il male, & copren-*
dolo con la veste del bene, & della virtù, camina per vie contrarie, &
vsando Regole, & Massime opposte cerca di conseruarsi, che quest'è quel-
lo, ch'egli vuole dire nel principio del suo discorso Tirãnides duobus mo-
137 *dis maximè contrarijs † conseruantur, & à questa Tirannide conuiene*
per conseruarla vn'arte, & vna Ragion di Stato contraria alla sopradet-
138 *ta, di cui il fondamento è † di procurare cõ ogni sorte d'industria, ch'il*
gouerno appaia à riguardanti più di forma Regia, che sia possibile, solo
ritenuta quella conditione, & quella proprietà, che come vltima, & for-
139 *male constituisce † il Tiranno, cioè di signoreggiare i cittadini contra*
lor voglia. Idem Bonauent. lib.4.cap.80. in primis verbis folio 619.
140 *Il fine della cattiua Ragion di Stato è † il piacere, & commodo proprio*
del Prencipe, & in somma di chi tiene nella Republica il primo luogo.
Idem dicto lib.4.cap.78.fol.617. sic ait: *Diciamo primieramente, che*
141 *intesa † da noi la buona Ragion di Stato, s'intenderà anche necessaria-*
142 *mẽte la cattiua, & i suoi effetti, essendo la disciplina de' contrarij l'istes-*
sa, & apportando i contrarij cose contrarie. Ma si è detto, che la vera
143 *Ragion di Stato è † la vera virtù, & scientia Regia, & che forma l'otti-*
144 *mo Prencipe, & riguarda il beneficio della Republica, hauendo † per fine*
145 *di render sempre migliori i cittadini: Adunque la cattiua † Ragion di*
146 *Stato formarà il Tiranno, & sarà vn'arte, & scienza † Tirannica tut-*
ta dirizzata all'vtile di chi la possiede. & dicto lib.4.cap.80. fol.619.
147 in fine dicti folij inquit eam appellari † ab Aristotele artem Tiranni-

cam pro se conseruando in Statu. Cuius multas regulas vulgò *Maxi-*
148 *sime*, iniquas † recenset idem Bonauentura dicto lib.4. à cap.81. folio
621. vsq; ad cap.85. inclusiuè, fol.627. inter quas tamen non legitur
149 illa † vsurpandi alienum, & spoliandi vicinum ob rationem Status,
vti quæ apud Christianos nullo colore pro licita velari, vel adumbra-
ri possit.

150 Cùm autem hæc falsa Ratio Status nitatur † regulis omninò ini-
151 quis, & tirannicis, putà illa Cæsaris, *Si ius violandũ est † regnandi cau-*
sa violandum est, in alijs rebus pietatem colas, de qua Cicero 3. de of-
fic. alia Iasonis Tessallorum Tyranni, de qua meminit Plutarc. in po-
litic. ad Traianum fol.11. fac.2. versic. Celebratur vbiq; gẽtium. *Qui*
152 *magnis in rebus iustitiæ se cultorem haberi vult, † cum ius aliquando*
153 *in paruis violare necesse est*. Alia Liuij lib.5. *In armis ius ferre, † &*
omnia fortium virorum esse. Alia Taciti lib.5. Annal. *Sua retinere pri-*
154 *uatæ domus, † de alienis certare Regiam laudem esse*. & alia eiusdem
155 Taciti lib.15. paulò post princip. *In summa fortuna id æquius, † quod*
156 *validius*. Alia Salustij in oratione Lepidi, *Nihil gloriosum, † nisi tu-*
tum, & omnia retinenda dominationis honesta esse. Alia Senecæ in
157 Tragedia Thyestis, *Vbi tantùm honesta dominationi licent, † precario*
regnatur. Et alia eiusdem Senecæ in Hercule furente: *Quæritur bel-*
158 *li exitus, † non causa*. Alia Plutarci in vita Pompei: *Non cessabitis no-*
159 *bis gladio accinctis † leges prædicare*. Eiusdem in apophte. *Qui isto*
160 *gladio praualet, † is optimè de finibus disputat*. Alia Lucani, *Sceptro-*
161 *rum vis tota perit, † si pendere Iustitia incipit*. Alia Caligulæ apud
162 Suetonium, *Memento mihi omnia, † & in omnes licere, & meritò*. Alia
Iuliæ ad Antoninum Imperatorem eius priuignum, dum affectaret
163 incestus amplexus: *Si libet, licet, † an nescis te Imperatorem esse, & le-*
ges dare, non accipere, Alia Iuuenal. Satir.6. versu 222. *Hoc volo, sic*
164 *iubeo, † sit pro ratione voluntas*, de quibus per Giurbam d. cons. crim.1.
in princip. & nu.13. 22. & 33., quibus tamen singulis respondet eas
confutando ibidem nu.22. cum sequentibus.

165 Hinc fit, vt ab Ecclesia damnentur † hi, qui hanc apparentem, sed
falsam Status Rationem professi sunt, & docuerũt, & inter alios Mac-
chiauellus, & rectè, vt dixi nu.145. & seqq. ex Bonauentura d. lib.4.
cap.80. in princip. fol.619. appelletur ars, & scientia Tyrannica Sta-
tuum conseruandorum. Idem d. lib.4. cap.78. fol.617. ibi: *Adunque*
166 *la cattiua Ragion di Stato formarà † il Tirãno, & sarà vn'arte, & scien-*
za Tirannica. Et lib.1. cap.13. fol.17. *Diciamo, che la Ragion di Stato*
167 *tanto è propria † de' Prencipi, che senza lei non sarebbono degni di que-*
sto nome, intendendo però della vera, & buona, con cui l'apparente hà
168 *quella proportione, † che la Tirannide con il Regno, & le vitiose forme*
169 *delle Republiche cõ le buone; onde se si deue esser Tiranno, non † bisogna,*
che venga in questione, così non si dee recar in dubbio, ch'i Prencipi sen-
170 *za grauissimo errore non possono † seruirsi dell'apparente, & vitiosa*

Ragion

Ragion di Stato nel gouernare. Idem dicto lib. 1. cap. 5. fol. 6. ita ratio-
cinatur; *S'i Prencipi debbano gouernarsi per Ragion di Stato, doppo l'ha-
uer apportata la distintione fatta di sopra da loro della vera Ragion di
171 Stato, & apparente, si risoluono à dire, † che, secondo la vera Ragion di
Stato, i Prencipi possono, e deuono in ogni modo gouernarsi, perche quest a
172 è l'istesso, † che la Prudenza Ciuile, nè si discompagna dalla Giustitia, &
173 dalla Religione, † anzi stà sotto queste due virtù, & sotto le leggi huma-
174 ne, & diuine: secondo l'apparente non sia lecito † à Prencipi di gouer-
175 narsi in alcuna maniera, poiche per questa Ragion di stato † si commet-
176 tono molte sceleraggini, & ingiustitie, si disprezza, & conculca † la Re-
ligione, di che danno l'esempio d'vn' huomo da bene, & virtuoso, & ama-
177 tore del publico, † & perciò ben voluto dal popolo, del quale temendo il
Prencipe, come Tiberio di Germanico, se lo leua dinanzi per Ragion di
178 stato, & questa vogliono costoro, che sia nata † dalla Tirannide, & sia
propria del Tiranno, & ch'arriuando al supremo grado d'impietà, pro-
179 duca † anco l'Atheismo*. Idem Bonauentura d. lib. 1. cap. 6. fol. 7. ibi:
180 *Essendo l'apparente Ragion di Stato per sentenza de gl'istessi † cõtraria
in tutto alla virtù, & per conseguente alla Prudenza Ciuile, & perciò
181 tanto à lei simile, † quanto il vitio alla virtù*. Giurba d. cons. crimin. 1.
182 nu. 15. inquit: *Nemini ergò conuenit † regnãdi causa illa Status ratio-
183 ne vti* (intelligit de apparente) *cùm ex Tyrannide, & Atheismo † ori-
184 ginem duxerit, vt meritò Pius Quintus eam Diaboli † rationem appel-
185 let*. Et nu. 25. sic scribit: *Tyranni peculiare est, † vt ius, totamq; vim in
186 armis esse quis arbitretur, arma iusta † iuris sunt, nõ furoris*, in qua Ty-
187 rannide, *cum alia multa sint grauiora, tum illud maximè, † quod im-
meritos occidere cogatur vtilitatis sua gratia*, vt ex Ptolomeo Phile-
delfo refert Giurba d. cons. 1. nu. 25. in fine, vbi paulò supra addit il-
188 lud Prouerbi. cap. 25. *Firmabitur Iustitia † thronus eius*, & sic non
armis iniustis. Et Ecclesiastes cap. 9. in fine: *Melior est sapientia, quã
189 arma † bellica*. Et Sapientiæ cap. 6. in princ. *Melior est sapientia, quàm
190 vires, † & vir prudens, quàm fortis*. & paulò infra eodem capitulo,
191 *Diligite lumen sapientia † omnes, qui praestis populis*. Et idem Giur-
ba d. cons. sub nu. 6. ex Xenophonte ait: *Nulli homini, sed præsertim
192 ei, qui in alios Imperium habet, vllas esse opes † honestiores, quàm iusti-
tiam, & animi magnitudinẽ, & virtutes omnes*. Et sub nu. 32. ex Her-
193 modoto apud Plutarcum: *Per Iouem Barbarorum † omnia iusta, &
honesta, sed nobis sola honesta, sunt honesta, & iusta, sola iusta*.

Cum igitur mouere bellum Principi Catholico, legitimo possesso-
ri, itidemq; legitimo successori, & velle excludere eum ab hac succes-
sione, & priuare illum istis Ducatibus ex eo, quòd sit natus in exteris
Regionibus, non possit habere fundamentum veræ Rationis Status,
quæ permittit, vt ius suum cuiq; tribuatur, se conformando præceptis
Diuinis, & ciuilibus, vt dixi nu. 24. sed tantùm Rationis Status falsæ;
non potest vlla ratione iustificari bellum istud, quia hoc est contra

omnes leges Diuinas, & humanas, & contra præcepta Fidei christia-
194 næ, quæ mandant † abstineri ab occupatione, & vsurpatione alieni,
à quibus deuiare nequaquàm licet, vt scribit Bonauentura in dicto li-
bro *della Ragion di Stato*, lib.4.cap.93.fol.638.in hæc verba:
*Et se vogliamo cõ la bocca di Platone intorno à ciò ragionare, egli nel
Critone, oue tratta de eo, quod agendum, conclude per mezo di Socrate,
195 che si deono sostenere † tutte le pene del mondo prima, che deuiar vn mi-
nimo punto dal retto, & dalla ragione*. Et idem d.lib.4. cap.65.in prin-
196 cip.fol.597.sic inquit; *L'huomo secõdo il parer del filosofo si rende † per-
fetto con l'operationi della virtù, & della giustitia, & che, si come ridot-
197 to à perfettione con questo mezo, & regolato con la virtù † è il migliore
198 di tutti gli animali, così lõtano dalle leggi, & dalla giustitia † è frà tut-
199 ti il peggiore, percioche crudelissima cosa è † l'ingiustitia armata, &
senza la virtù*. Et ad propositũ Valerius Reginaldus Iesuita in praxi
fori pœnitentialis tomo 2.lib.21.cap.8.nu.97.fol.241.sic scribit:
*Quæritur tertiò, An gloria, dilatatio Imperij, aut alia Regni vtilitas
200 censenda sit † Principi esse iusta causa indicẽdi bellum: Responsio est;
201 quòd, cum non liceat † nocere vni particulari propter propriam commo-
202 ditatẽ, multò minus licere † toti Republicæ. Deinde, vt benè ait Fran-
ciscus à Victoria in relectione de Iure belli nu.11. aliàs causa æquè iusta
esset ex vtraq; parte belligerantium, sicq; omnes essent innocentes, ideoq;
non liceret eos occidere, & ita gerendum esset iustum bellum, in quo oc-
cidere non liceret, quod absurdum est*.

Vnde, cũ Hieronymus Cardanus lib.6.de varietate rerum cap.23.
fol.220.scripsisset, *Egregij Regis est armis fines tutari, aliena inuade-
re, strepere bello*, Censura Sacræ Congregationis in illius emendatio-
203 ne damnauit, † & deleri mandauit verba illa *aliena inuadere*, cũ hoc
non liceat offendendo, sed tantùm defendendo. Et Plutarcus in Po-
litica ad Traianum fol.11. sic de Principe scribit; *Porrò vir ciuilis ne-
quaquam pro viribus populo permittendum censebit, vt in ciues per con-
tumeliam seuiat, aliena bona diripiat, publica peculetur, vel perperàm
dissipet, suadendo potius, condocefaciendo, terrendo deniq; petulantiæ
omni, atq; libidini repugnabit*.

Neq; huc instant, quæ scribunt Alciat.lib.2. paradoxorum, cap.fi-
nal.nu.7. Tiraquel.ad legem primam connubial.glos.1.part.1.nu.47.
48.& seq.& Gratian.disceptat.for.801.à num.52.vsque ad 58. quòd
204 naturaliter deceat † inter animantia rationalia, & irrationalia illa do-
minari, quæ sint potentiora, & viribus præstantiora: Vnde, cùm Bren-
nus Gallorum Dux bello petijsset Clusinos, Romanis percunctanti-
205 bus causam, respondit hoc eo iure se facere, † quo & ipsi multos po-
pulos subegissent, quia fortior esset, vt scribit Plutarcus in Furio Ca-
millo folio mihi 127. de quo etiam meminerunt Alciat. Tiraquel. &
Gratian. locis paulò supra citatis.
206 Namq; hoc fuit ius Barbarorum, † & Etnicorum, vt dicit ibidem
Alciatus,

207 Alciatus,qui in potentia ius reponebant,& hoc ipsi iudicabant† belli
iustitiam,ex qua quidquid capiebant in bello, vt contendebant iustè,
208 sibi vindicabant vti iure acquisitum,sicuti & hodiè fit capientis,† vbi
verè bellum est iustū, maximè eo tpe, quo territoriora nullo certo ti-
tulo dominij possidebantur. Hodie verò inter Christianos, qui lege
209 Christi prohibentur † aliena occupare,nec bellum,nisi iustis de cau-
sis permissum est,& legibus à legitimis superioribus editis, & cōmuni
210 populorum consensu receptis,rerum,& iurisdictionum † dominia,
maximè eorum,qui titulum legitimum habent, sunt cuiq; proprio iu-
211 re confirmata , & vim cuiquam fieri † prohibitum est, tale ius ma-
212 ioris potentiæ † non solum damnatum,sed tyrannicum est, nec ha-
213 bet locum,nisi in iustis bellis,† vt animaduertunt. Tiraquel. in dicta
l.1.connubial.glos.1.part.1.nu.49. Gratian. d.disceptat. forens. 801.
nu.58, aliàs incidit in illam falsam Rationem Status,omni iure (vt
dixi) reprobatam.

Et licet inter animantia digniora,ac potentiora habeant prærroga-
214 tiuam, id tamen est † de vna specie ad aliam, vt Leo inter quadrupe-
da, Aquila inter volatilia, Homo inter omnia animantia; sed in eadē
specie potentior animans præualet inter irrationales, quia carent ra-
tione, & quoties potest superare debiliorem, nō autem perpetuò,nec
naturali iure superioritatis,vt est in illis diuersæ speciei; non sic in
homine,qui regulatur ratione,& viuit secundum leges, & in quo vi-
215 res † cedunt ingenio,vt dixi nu.188.& 189., & nisi agatur de succes-
216 sione per viam electionis,in qua dignior præfertur,† vel saltem præ-
ferri deberet,nulla ratio habetur fortitudinis alterius ad priuandum
alium iure proprio.

217 Et si autem propter pacem permissum sit † bellum, vt in cap.noli,
218 3.23.quæst.1.& concedunt omnes,tamen hoc non est licitum † ex
imaginarijs suspicionibus,vbi non adsunt aliqua motiua positiua con-
turbandæ ipsius pacis, quæ non sunt in Dño Duce Carolo, nec de eo
hoc pertimescendum est,vti Principe prudenti,& timoratæ cōscien-
tiæ,& cui non expediret conturbare iura suorū Statuum apud Sacram
219 Cæsaream Maiestatem,sed tantùm licitum est bellum † propter pa-
cem, vbi illa iam turbata est, vel fiunt præparatoria ad eam turbandā,
& ideo Sanctus Augustinus,ex cuius dictis compilatum est dict. cap.
noli,23.quæst.1. cautè locutus est,dùm dixit, *Nō quæritur pax,vt bel-*
220 *lum exerceatur,† sed bellum geritur,vt pax acquiratur*,& sic concedit
bellum pro acquirenda pace. Idem innuit Aristoteles,quem refert
Sot. de iustit.& iur.lib.1.quæst.1.artic.2.fol.7.col.2.dum inquit,*bellū*
221 *gerimus,† vt in pace degamus*. Et vbi quis vanè trepidat ex simplici
222 suspicione de aliqua futura turbatione,nullum habet remediū,† nisi
vt iter paratus ad extinguendas nouitates, si quæ fierent, quod insi-
nuat Vegeti.de rè militar.lib.3.in fine prohemij,dùm inquit, *Qui de-*
223 *siderat † pacem præparet bellum*,hoc est (vt ego interpretor) iter para-
tus,

224 tus,quia, vt ipse subdit lib.4.cap.31. *Nemo bello lacessere,† aut facere iniuriam,audet ei Regno,vel populo,quem expeditum,& promptum ad*
225 *resistendum,vindicandumq́ cognoscit*, & ob id fiunt† arces,& retinentur præsidia,Frachetta in suo libro de Principe,lib.2.cap.4.,nec vllus vnquam admisit bellum ob pacem, nisi ob præcedentia motiua, vel pacem re vera turbatam. Reginald.in praxi fori pœnitential.lib. 21.
226 cap.8.sub nu.114.quæst.5.tom.2.fol.245. vbi dicit, quòd non † licet propter metum futuræ nouitatis,quæ non est certa,offendere innocentem,qui nihil commisit,propter quod debeat pati illam offensam. Ad quod benè confert Io:de Plat.in l.1.sub nu.2. vers.& sic non potest quis petere,C.de conductor.& procurator.prædior. fiscal. lib.11.
227 dùm inquit, *Quòd quis non potest petere securitatem † de non offendēdo propter solum timorem,& suspicionem,nisi appareat alia iusta causa, cùm satis sit securus legibus,quæ omnes ligant*; & auctoritate, & potentia Imperatoris,quæ in casu nostro posset, & deberet reprimere
228 nouitates; & ratio pacis non attenditur,† vbi pro ea obtinenda, vel conseruanda,quid iniustum,vel cum Dei iactura committendum foret.Petr.Gregor.de Republic.lib.11.cap.13.sub nu.8. Valenzola in tractat. de statu, ac belli ratione seruanda , part. 2. consideration.3. sub nu.6.& 7.fol.136.

Et denique,vbi posset esse locus alicui belli inditioni,qui certè nō est, illud vt iustè moueri dicatur,non debet hoc fieri ex abrupto, sed
229 vt in iudicijs seruandus est † debitus ordo, ita & in mouendo bello
230 debent tentari omnia remedia,& ciuiliter prius oportet † cognoscere ad quid teneatur ille,qui impetendus est,& pronunciare ordine iuris seruato illum teneri facere,vel præstare illud,propter quod intenditur moueri bellum, & in casu isto debent prius cognosci, & via iuris terminari,& audiri iura Serenissimi Ducis Caroli, an manutenendus sit in sua pacifica possessione,vel an teneatur illam cedere,& consentire sequestro. Soto de iustitia,& iure lib.5.quæst.3. artic.5. fol.444. colum.2.vbi in hæc verba loquitur: *Tertiò requiritur forma iuris,eademq́ tantò exactius,quàm in priuatis iudicijs, quantò periculosius de summa boni publici agitur,nempè,vt nisi cunctis pacis rationibus prius oblatis non indicatur,neq; vlterius proferatur,quàm fert æquitas.* Vasquez super prima secundæ Diui Thomæ quæst.19.artic.6.disput.64. cap.3.sub nu.13.fol.304.inquit: *Omnis controuersia,quæ inter opinio-*
231 *nes versatur circa ius aliquod,non potentia,& armis,† sed iudicio dirimenda est,barbarorum enim mos videtur melius ius regnandi in potentioribus armis constituere*. & idem repetit ibidem sub nu. 14. his verbis, *Inaudita enim parte suo tantùm arbitrio, & diligentia ratio-*
232 *nes vtriusque partis examinare,† & sententiam ferre barbarorum est.* Dominicus Bannes super secunda secundæ Diui Thomæ quæst. 40. artic.1.dubit.8.vers.circa tertiam,fol.1371.in fine, & 1372. in principio inquit: *Quoniam bellum est maximè rigidum,& ex quo frequen-*
ter

233 *terplurima† mala,quæ huic fini* (scilicet pacis Reipublicæ) *aduersan-*
234 *tur,idcircò prius tentanda sunt † omnia alia remedia, quàm indicatur*
bellum: Valentia super secunda secundæ disputat.36.quæst.6.de bel-
lo,puncto 2.vers.septimò certum est, fol.778. Melchior.Iuni. quæst.
235 politic.68. vbi inquit bellum licere,cũ omnia illa tentata sunt,† qui-
bus potest declinari,nec amplius,nisi in armis spes relinquitur. *Sapiẽ-*
tes enim viri (inquit) *magis finem,quàm initiũ spectare,& priusquàm*
ad arma prorumpant,experiri omnia consilia solent. Rainaudus in com
prehensor.feudal.ad cap. Imperialem,§.firmiter etiam statuimus, sub
num.18.de prohibit.feud.alienat. per Federicum.fol.103.vbi inquit,
236 quòd debet esse necessitas† ineuitabilis, Borella de Magistratibus,
237 lib.2.cap.2.nu.69. vbi,quòd bella non sunt facienda † sine magna
238 consideratione,quia ex illo multa proueniunt mala,† vt per eum ibi-
dem nu.72., & quòd non sit suscipiendum, nisi magna cogente ne-
cessitate,tradit etiam Bimius cons.403.sub nu.46. vbi circa hoc exa-
gerat,& est text.in cap.noli, 3.23.quæst.1. vbi ex Diuo Augustino
239 dicitur: *Pacem habere voluntatis est,† bellum autem debet esse necessi-*
tatis. Imperial.Cinuci.de re milit.lib.1.cap.4. Frachetta in suo Prin-
cipe lib.2.cap.5.versic. *Anzi hauendo anco la giustitia della causa per*
se,fol.203. Et Cicero lib.2.de offici.inquit,*Cùm duo sint genera decer-*
240 *tandi,† vnum per disceptationem,alterum per vim,cumq; illud propriũ*
sit hominis,alterum belluarum, confugiendum est ad posterius, si vti
non licet superiore,quo,cum licuerit,& liceat vti,non est deueniendũ
ad violentiam. Giutba dicto cons.crimin.1.sub nu.15.inquit,*Nec im-*
241 *peria vtendum † est,vbi legibus agi potest*.

Et Iudex,qui iuris ordine non seruato,priuat aliquem,semper pec-
242 cat,† & si res erat eius,qui priuatur,tenetur etiam ad restitutionem;
243 si verò † non erat eius,licèt non teneatur ad restitutionem,peccat ta-
244 men mortaliter,† Sayrus in sua Claui regia lib.12.cap.9. nu.9. & 11.
fol.935.de quo iuris ordine deduxi etiam in quinto articulo de seque-
stratione possessionis.

Et cum ciuiliter iura sua deducere intendat Dux Carolus,& respõ-
dere iudicialiter prætensoribus, vbi se declarabunt,hæc dicitur defen-
245 sio,quæ non potest † tolli parti etiam à Principe, & Imperatore,Cle-
ment. Pastoralis,2. ibi, *cum illa Imperatori tollere non licuerit*, de sen-
tent. & re iudicat. vbi Anchar. notat in 24.notabili, nu.22. Afflict. in
cap.1.nu.14. in vna impressione, in alia verò ante num.8. quib.mod.
feud. constitui potest,quam non denegaturum Sacratissimum,& Iu-
246 stissimum Imperatorem semper sperauit,cuius proprium est † iustitiã
facere.cap.Regum,22.23.quæst.5. Afflict.de pace tenenda in rubr.
nu.5.aliàs est ante nu.3.& dicit Curt.iun.cons.157. num.12. quòd
247 Deus constituit† Imperatorem suum Vicarium,& dominatorem in
fide,& veritate, & iustitia in terris, & Imperator, & quilibet Rex de-
248 bet esse † pacificus, & procurare, & seruare pacem tanquàm hæres

Christi,

Christi, Abb.in prohem.decretal.in verb. *Rex pacificus*, col.1. Lancellot.Corad.in templo omnium Iudicum,lib.1.cap.1. de Imperatore,in tit.Pacificus esse debet, fol.24. col.4. Idcircò debet cogere prætensores ad sustinẽdum iudicium ciuiliter, & administrare iustitiam, & inhibere arma illis,qui ea parant, quia, vt dicebat Cicero pro Ce-
249 cinna,nihil tàm iuri inimicum est,† quàm vis, & remota iustitia, ni-
250 hil aliud sunt regna,& bella,† nisi latrocinia,vt dicebat Sanctus Augustinus de Ciuitate Dei,Afflict.in tit.Hic finitur lex, in princ. nu. 4. aliàs est sub nu.2.Aluarez.in Thesaur.christ.relig.cap.41.sub nu.22. Borrin.de seruit.vasallor.part.1.cap.7. Alciat.lib.2.paradoxor. cap.fi-
251 nal.sub nu.3., & vasallus dicitur pati violentiam,† quando non seruato iuris ordine spoliatur feudo, Afflict.in cap.vnico,nu.74.aliàs est nu.18.de milit.vasall.qui contumax est, Papon.cons.5. nu.15. Quæ prætensorum arma non debent placere Cæsareæ Maiestati,quia dici-
252 tur Ecclesiast.cap.9. *Non placeat † tibi iniuria iniustorum;* nam iniu-
253 ria est,† quando non debita via iuris quis procedit,& Deus promittit
254 expugnationem † inimicorum Principi,qui pro iustitia certat. *Pro iustitia* (inquit Ecclesiastic.4.) *agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos*. E' con-
255 tra autem, propter iniustitiam †(quam tamen Sacram Maiestatem non permissuram,sperat Dux Carolus) & propter iniurias, quas,quis facit,transfert Regnum de gente in gentem . Ecclesiastic.10.legitur: *Regnum à gente in gentem transferretur propter iniustitias, iniurias, & contumelias.* cap.si aliquis,2. 23.quæst.7. Bardellon.cons.136. nu. 30. Parlador.rerum quotidianarum libro 2.cap.finali, §. 12. in fine, Giurba consil. criminal. 1. sub num. 20. Et dicit Lactantius, quòd
256 *tanta est iustitia vis, vt † cum oculos in cælum sustulerit omnia à Deo consequatur*.

Cùm igitur, vt superius probatum est, arma non possit mouere D.Dux Sabaudiæ,nec qui ei fauent sine peccato mortali,cùm Dux Carolus reperiatur in legitima possessione, illa non debet pati, nec permittere Sacratissimus Imperator zelator iustitiæ, fidei, & pacis.
257 Non habet enim Princeps potestatem† aliquid agendi cum peccato, Isernia in cap.1.§.final.sub nu.29. de Capitan. qui curiam vendidit,
258 Fab.de Anna cons.62. num.26. & *qui non repellit † à socio, si potest, iniuriam, tàm est in vitio, quàm ille, qui infert*, vt inquit Sanctus Ambrosius de officijs, quod dictum canonizatum est in cap.non inferrẽda,7. 23.quæst.3., & nun debet pati,vt iniuria inde proficiscatur, vn-
259 de † iura nascuntur.l.meminerint,6.C.vnde vi,cap.qualiter,& quando,*il primo*,quod est cap.17.extra de accusationibus. *Fortes enim, &*
260 *magnanimi † sunt non qui faciunt iniuriam, sed qui eam propulsant*,
261 teste Cicero. primo de officijs. Regesq; effici fortes † iustitia,ex Cassiodoro scribit Giurba cons.crimin.1.sub nu.25. Et fortitudo nõ lau-
262 datur,† quæ non est coniuncta cum iustitia, Authent.vt omnes obediant,

diant,&c. in principio; vbi etiam inquit Imperator, quòd, si deest iu-
263 stitia, cæteræ † omnes virtutes nihil valent.

HÆc scripsi, cùm non dū motum esset bellum, sed tantùm suspicaretur, vt edocta causæ Iustitia ab armis temperarent, qui ea meditabantur; sed frustrà laboraui. Bellū enim, & Princeps, & subditi innocentes passi sunt, quale non moueretur contra prædones, in quo ea commissa sunt, quæ nec in bello iusto sunt licita. Hoc factum est imperscrutabili Dei secreto, vt Principis constantia in aduersis, & eiusdē confidentia in ipsum Deum, & populorum fides in Principem memorando exemplo probarentur. Hanc consolationem apud Deum, & apud Mortales habebit Dux Carolus, quòd nulla propria, nec suorum culpa hoc promeruit. Subditi verò in hoc consolantur, quòd violentia possūnt quidem vinci Vrbes, hoc est muri, sed non Ciuitates, hoc est ciuium animi, quos adeo liberos cuiq; Deus dedit, vt nulla vi, nulla impressione inuiti subigi valeant; Ita vt inanis futurus sit quicunque conatus, vt, desciscant à legitimo Principe, cui eos perpetuò deuouerunt.

Faxit sua benignitate Deus, vt quandoque ab his ærumnis liberemur; & cantare possimus cum Psalmista

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra, Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.

F I N I S.

publico, ilche hanno affermato nel fine del lor discorso, percioche in tal
maniera ne seguirebbe, che non essendo la Ragion di Stato, secondo essi, al-
tro, che ragion di publico bene, cedendo la Religione al ben publico molte
delle sue ragioni, quelle necessariamente cedesse alla Ragion di Stato, il-
che non dobbiamo concedere à patto alcuno; oltre che, chi ben considera,
non saranno quelle cose, ch'essi adducono in esempio, appartenēti alla Ra-
73 *gion Diuina, la quale non può † nè per rispetto di publico bene, nè per al-*
tro qualsivoglia rispetto humano riceuer alcuna mutatione, e ceder alcu-
na cosa del suo, benche minima.

Idem Bonauent. lib. 4. cap. 51. fol. 577. in principio scribit.

74 *Hà con la Ragion di Stato sembianza † l'equità, quanto alla causa, al-*
l'vfficio, & all'oggetto, perche nasce dalla medesima cagione, cioè, perche
75 *la legge non può comprehendere † i particolari, & hà anco il medesimo*
76 *vfficio † ch'è di supplire al mancamento d'essa legge, Hà il medesimo og-*
77 *getto, † cioè il giusto naturale, ch'è detto semplicemente, & assolutamen-*
te giusto, Et dicto lib. 4. cap. 86. fol. 628. inquit secundum Aristotelem
78 finem † gubernij Regni esse id, quòd honestum est. Iterumq; idem lib.
4. cap. 77. in fine fol. 616. sic scribit.

79 *Non può il Prencipe in modo alcuno seruirsi † della vera, & buona Ra-*
gion di Stato in mala parte, conciosiache in tal caso, come la Prudenza, &
80 *la Virtù † restano d'esser tali, così la vera Ragion di Stato restarebbe di-*
81 *strutta, † nè sarebbe più vera, & buona Ragion di Stato, nè degna di que-*
sto nome.

82 Et quòd vera Ratio Status non possit contrauenire † Religioni, &
legibus Diuinis, nec eas transcendere, sed debeat se illis conformare,
pulcrè differit idem Bonauētura dicto libro *della Ragion di Stato*, lib. 4.
cap. 89. per totum, fol. 683. his verbis.

83 *Molto meno può contrauenire † alla Religione, & transcendere le Di-*
84 *uine leggi, com'altri stima, percioche essendo la vera Ragion di † Stato*
85 *retta ragione, & la retta ragione fondata sopra la ragione, † & legge di*
86 *natura, anzi pure l'istessa legge di natura, & questa non altro, † che vna*
participatione della legge eterna, come Dottori di somma autorità hanno
87 *insegnato, & si è detto anche da noi nel primo libro, & la legge † eterna*
quella ragion di Dio di gouernar tutte le cose dell'vniuerso (percioche
si come la ragion di gouernar nel Prencipe hà ragione, & forza di legge,
così la ragion di gouernar le cose in Dio Prencipe dell'Vniuerso, hà ragio-
88 *ne di legge, che si dice poi Eterna, perche la Diuina ragione non hà † con-*
89 *cetto temporale, ma eterno;) & essendo la legge Diuina quella † col mezo*
della quale gli huomini si rendono in modo più alto, & perfetto partecipi
della legge eterna, come gl'istessi Dottori hanno dimostrato, non potrà la
90 *Ragion di Stato transcendere † le leggi Diuine, ne operare cosa alcuna*
contra quelle, se non vorrà in vn punto medesimo distruggere, & transcē-
dere se stessa, & operare contra se medesima, & da se stessa esser discorde,
ilche non è possibile, ch'auenga; oue è da notare, che (come io auiso,) hà

S. Thomas 1. 2. quest. 91. art. 1. & seq.

quasi

91 *quasi la medesima proportione † la Ragion di Stato cō le leggi ciuili scrit-*
te, & humane, che la legge Diuina con la legge di natura; percioche, si
92 *come fù di bisogno † oltre la legge di natura participatione dell'eterna, &*
contenuta in alcuni precetti communi della retta ragione, che dirizza
93 *l'huomo † solo ad vn fine, che non eccede le sue forze naturali, di dar à*
94 *lui la legge Diuina, che lo dirizzi al fine sopranaturale, † à cui è prodot-*
to, con il mezo della quale viene l'huomo in modo più nobile, & perfetto
95 *à farsi † partecipe della legge Eterna, & della retta ragione, onde riguar*
da, anzi introduce in esso vno stato di maggior perfettione. Così, & nō
altrimenti nel gouerno Politico, che (come tante volte si è detto) è sem-
96 *biante † del Diuino, oltre le leggi scritte, nelle quali si partecipa la retta*
ragion in vn modo commune, & imperfetto per la natura imperfetta
97 *delle cose agibili, per le quali perciò non si possono † dal Gouernatore cō-*
durre i cittadini, se nō ad vn grado imperfettissimo (per così dire) di fe-
licità, nè si può da esso se non con modo molto imperfetto attendere alla
salute, & alla conseruatione loro; così (dico) nel gouerno Politico fù ne-
98 *cessario † di dar vn'altra legge, per mezo della quale participando chi go-*
99 *uerna della retta ragione, più perfettamente, & altamēte † potesse (sup-*
plendo à i difetti già esposti) condur se stesso, & i cittadini quasi à più
alto, & perfetto fine, alla felicità perfetta, alla salute, & conseruatione
publica, & alla perpetuatione del dominare. Ma per vn'altra ragione
100 *ancora non può la vera Ragion di Stato trasgredire † la Diuina legge,*
101 *percioche essendo ella parte † della Prudenza politica, & la legge Diui-*
102 *na la vera sapienza, † è vfficio della Prudenza Politica d'introdurre, et*
103 *conseruare † nella Città essa sapienza, & di commandare non à lei, ma*
per sua cagione, onde non può, ne deue cōtrafare à gli ordini suoi. L'al-
tra cagione per la quale si sono generate opinioni contrarie della Ragion
di stato nell'animo d'alcuni, hà origine (s'io nō erro) dalla falsa, & cat-
104 *tiua ragion di Stato, secondo la quale, † si come raccogliamo dall'Histo-*
rie, hauendo molti operate cose sceleratissime, & calpestando l'honesto,
& la religione, contrauenuto ad ogni legge Diuina, & humana, s'è cre-
105 *duto † da molti, che non possa darsi Ragione di stato, che non si dia, &*
conceda insieme nel gouerno ciuile quest'abomineuole, & scelerata li-
cenza; ilche, si come è falso, così è manifesto, che ciò non dee alla vera
Ragion di Stato giustamente recar alcun biasimo.

Et adeò verum est veram Rationem Status non permittere aliquid
106 iniquum, vt nec etiam eius vigore possit † aliquid malum fieri ob fi-
nem, & propositum bonum, vel vt inde aliquid boni eueniat: idem
Bonauentura lib. 1. cap. 25. fol. 33. ibi:

107 *La vera Ragion di Stato non rende honeste † quelle cose, quantonque*
sia buono il fin proposto, che per loro natura sono cattiue, nè insegna, ò
permette, che si operino. Idem lib. 4. cap. 90. folio 633. cuius capituli
summarium tale est.

108 *Che alla Ragion di Stato non solo non è lecito † di operare il male sem-*

plicemente, ma ne anche di operarlo à fine di qualche bene. In quo ca-
109 pite postea generaliter differit, an possit fieri † aliquid malum, & vi-
tiosum ad bonum finem, vbi sicuti negatiuè concludit, prout verissi-
mum est, quod prosequitur etiam dicto lib. 4. cap. 91. per totum, folio
634. vbi fol. 635. ita scribit: *Dalla cui autorità mosso il dottissimo
Gaetano, disse ne' suoi Commentari sopra la terza parte della Somma, che*
110 *actus malus † ex suo genere non potest rectè fieri ex adiuncto bono fine.*
Ita particulariter id non permitti ex Ratione Status probat eod. lib. 4.
cap. 94. per totum, fol. 639. vbi inter alia facit hanc conclusionem
111 generalem: *Per ragion di stato non sarà concesso † d'operare cose vitio-
se, anche per buon fine, & ch'in somma non sarà lecito à lei sotto qual si
voglia pretesto, e qualsivoglia fine operare quelle cose, che sono per se, &
secondo la natura loro vitiose, e cattiue.*

Idem Bonauentura d. lib. 4. cap. 64. fol. 595. quærit, An Principes,
112 & Reges possint malè vti † Ratione Status, & Prudentia, & per mul-
ta capita super vna conclusione Aristotelis ratiocinatur vsq; ad capi-
tulum 77. fol. 615. in quo concludit, sicuti proponit in argumento di-
113 cti capitis 77. *Che nè la Prudenza, nè la Virtù, nè la Ragion di † Stato
possono vsarsi malamente*, quod proposuerat etiam antea in dicto cap.
64. lib. 4. promittens se ostensurum, *Che nè egli*, scilicet Aristoteles,
114 *qui dice, che della Virtù, & Prudenza l'huomo possa seruirsi † à cose
contrarie, nè per suo parere, di esse, & della Ragion di Stato possiamo ser-
uirsi in mala parte.*

Hactenus de vera, & bona Ratione Status. Nunc videndum est
de apparenti, & falsa.

115 Altera igitur est Ratio Status † apparens, & damnata, quæ sub spe-
cie virtutis, ac boni publici eius habitu personata, non Deum, non ra-
116 tionem respicit, † sed solam vtilitatem eius, qui illa vtitur, nulla alia
lege, vel ratione ductus, sed solo libito voluntatis pro ratione abutens,
de qua per Giurbam d. cons. crimin. 1. nu. 7., vbi de ea sic scribit:

117 *Cæterum Status Ratio non realis, sed apparens est, † nec Deum respi-
cit, nec rationem, sed solam vtilitatem vtentis illa, nulla alia lege, seu
ratione inspecta, & vt Principes, eorumq; Consiliarij Principis cuiusq;
118 vtilitati expedire arbitrantur, cùmq; status Ratio † contra omnem ra-
119 tionem sit, quia rationem non sequitur, † sed solam vtilitatem, seu finē
120 conseruandi Statum, vulgus tamen illam appellat Rationem Status † nō
121 quod sit ratio, sed quia sæpissimè contingit † vitia virtutum nomine
colorari, virtutes vitiorum etiam nomine sæpe donari, cernendum vtiq;
diligenter est, ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem imitari videntur;
122 Dæmones itaq; † non homines sunt appellandi, qui vitia induunt men-
titis Virtutum nominibus, iuxta illud Ciceronis, Totius iustitiæ nulla
123 est capitalior, † quàm eorum, qui tunc, cùm maximè fallunt, id agunt,
124 vt boni esse videatur. Nec vox ista, qua vulgus vtitur † Ius Status, si-
125 ne Iustitia benè sonat, cùm non ius, sed iniuria, † ne dicam Tyrannis*

potius

126 *potius dicendum sit, quod enim iustum est, ius est,† cùm ius sit obiectũ*
127 *iustitia; Iustitia verò finis est † Principatus, & administrationis Po-*
litica, ipsumq; Ius Status Politicũ, quod deuiat à iuris tramite, pramis-
128 *sa quadam euasio est † sub quodam publica vtilitatis velamẽto admis-*
129 *sa; Differt itaq; Prudentia Status † à Ratione Status, cùm habeat illa*
pro obiecto virtutem, nec illius vtilitatem, cui Ratio Status tribuitur.
130 *Ratione Status vti solent ij,† qui se vident legibus, & ratione vinci*
Bouadilla, qui Cornelium Tacitum attestantem refert, quod Titianus,
131 *& Proculus, vbi Consilijs vincerentur,† ad Ius Imperij confugiebant.*
132 *Et libro 15. annalium loquentem de Nerone, qui cũ Vestinum † destrue-*
re niteretur, sic ait, igitur non crimine, non accusatore existente, quia
speciem iudicij induere non poterat, ad vim dominationis conuersus;
133 *sicq; rationem Status † vim dominationis, & Ius Imperij appellat, vbi*
Consilium, Ratio, & Ius deficit. Re igitur perpensa existimo Status ra-
134 *tionem à lege Dei,† eiusq; praceptis deuiare non debere, vsq; adeo vt*
135 *alia (quam pramisimus) Status Ratio † repugnet penitùs fini, quò Re-*
ges, & Regna instituta fuere, vt regnent nempè, Regnumq; in pace, &
iustitia conseruent. Hæc Giurba in d. conf. 1. à nu. 7. vsq; ad 14. vbi
opportunas adducit auctoritates, quæ apud eum videri possunt.
Bonauentura quoque in dicto tractat. *della Ragion di Stato*, libr. 4.
cap. 83. in princ. fol. 624. ità de hac scribit: *E' vn'altra sorte di Tiran-*
136 *nide,† come pure insegna Aristotele, che honestando il male, & copren-*
dolo con la veste del bene, & della virtù, camina per vie contrarie, &
vsando Regole, & Massime opposte cerca di conseruarsi, che quest'è quel-
lo, ch'egli vuole dire nel principio del suo discorso Tirãnides duobus mo-
137 *dis maximè contrarijs † conseruantur, & à questa Tirannide conuiene*
per conseruarla vn'arte, & vna Ragion di Stato contraria alla sopradet-
138 *ta, di cui il fondamento è † di procurare cõ ogni sorte d'industria, ch'il*
gouerno appaia à riguardanti più di forma Regia, che sia possibile, solo
ritenuta quella conditione, & quella proprietà, che come vltima, & for-
139 *male constituisce † il Tiranno, cioè di signoreggiare i cittadini contra*
lor voglia. Idem Bonauent. lib. 4. cap. 80. in primis verbis folio 619.
140 *Il fine della cattiua Ragion di Stato è † il piacere, & commodo proprio*
del Prencipe, & in somma di chi tiene nella Republica il primo luogo.
Idem dicto lib. 4. cap. 78. fol. 617. sic ait: *Diciamo primieramente, che*
141 *intesa † da noi la buona Ragion di Stato, s'intenderà anche necessaria-*
142 *mẽte la cattiua, & i suoi effetti, essendo la disciplina de' contrarij l'istes-*
sa, & apportando i contrarij cose contrarie. Ma si è detto, che la vera
143 *Ragion di Stato è † la vera virtù, & scientia Regia, & che forma l'otti-*
144 *mo Prencipe, & riguarda il beneficio della Republica, hauendo † per fine*
145 *di render sempre migliori i cittadini: Adunque la cattiua † Ragion di*
146 *Stato formarà il Tiranno, & sarà vn'arte, & scienza † Tirannica tut-*
ta dirizzata all'vtile di chi la possiede. & dicto lib. 4. cap. 80. fol. 619.
147 in fine dicti folij inquit eam appellari † ab Aristotele artem Tiranni-

cam pro se conseruando in Statu. Cuius multas regulas vulgò *Mas-*
148 *sime*, iniquas † recenset idem Bonauentura dicto lib. 4. à cap. 81. folio
621. vsq; ad cap. 85. inclusiuè, fol. 627. inter quas tamen non legitur
149 illa † vsurpandi alienum, & spoliandi vicinum ob rationem Status,
vti quæ apud Christianos nullo colore pro licita velari, vel adumbra-
ri possit.

150 Cùm autem hæc falsa Ratio Status nitatur † regulis omninò ini-
151 quis, & tirannicis, putà illa Cæsaris, *Si ius violandũ est † regnandi cau-*
sa violandum est, in alijs rebus pietatem colas, de qua Cicero 3. de of-
fic. alia Iasonis Tessallorum Tyranni, de qua meminit Plutarc. in po-
litic. ad Traianum fol. 11. fac. 2. versic. Celebratur vbiq; gẽtium. *Qui*
152 *magnis in rebus iustitia se cultorem haberi vult, † eum ius aliquando*
153 *in paruis violare necesse est*. Alia Liuij lib. 5. *In armis ius ferre, † &*
omnia fortium virorum esse. Alia Taciti lib. 5. Annal. *Sua retinere pri-*
154 *uatæ domus, † de alienis certare Regiam laudem esse*. & alia eiusdem
155 Taciti lib. 15. paulò post princip. *In summa fortuna id æquius, † quod*
156 *validius*. Alia Salustij in oratione Lepidi, *Nihil gloriosum, † nisi tu-*
tum, & omnia retinenda dominationis honesta esse. Alia Senecæ in
157 Tragedia Thyestis, *Vbi tantùm honesta dominanti licent, † precariò*
regnatur. Et alia eiusdem Senecæ in Hercule furente: *Quæritur bel-*
158 *li exitus, † non causa*. Alia Plutarci in vita Pompei: *Non cessabitis no-*
159 *bis gladio accinctis † leges prædicare*. Eiusdem in apophte. *Qui iste*
160 *gladio prævalet, † is optimè de finibus disputat*. Alia Lucani, *Sceptro-*
161 *rum vis tota perit, † si pendere Iustitia incipit*. Alia Caligulæ apud
162 Suetonium, *Memento mihi omnia, † & in omnes licere, & meritò*. Alia
Iuliæ ad Antoninum Imperatorem eius priuignum, dum affectaret
163 incestus amplexus: *Si libet, licet, † an nescis te Imperatorem esse, & le-*
ges dare, non accipere, Alia Iuuenal. Satir. 6. versu 222. *Hoc volo, sic*
164 *iubeo, † sit pro ratione voluntas*, de quibus per Giurbam d. cons. crim. 1.
in princip. & nu. 13. 22. & 33. quibus tamen singulis respondet eas
confutando ibidem nu. 22. cum sequentibus.

165 Hinc fit, vt ab Ecclesia damnentur † hi, qui hanc apparentem, sed
falsam Status Rationem professi sunt, & docuerũt, & inter alios Mac-
chiauellus, & rectè, vt dixi nu. 145. & seqq. ex Bonauentura d. lib. 4.
cap. 80. in princip. fol. 619. appelletur ars, & scientia Tyrannica Sta-
tuum conseruandorum. Idem d. lib. 4. cap. 78. fol. 617. ibi: *Adunque*
166 *la cattiua Ragion di Stato formarà † il Tirãno, & sarà vn' arte, & scien-*
za Tirannica. Et lib. 1. cap. 13. fol. 17. *Diciamo, che la Ragion di Stato*
167 *tanto è propria † de' Prencipi, che senza lei non sarebbono degni di que-*
sto nome, intendendo però della vera, & buona, con cui l'apparente hà
168 *quella proportione, † che la Tirannide con il Regno, & le vitiose forme*
169 *delle Republiche cõ le buone; onde se si deue esser Tiranno, non † bisogna,*
che venga in questione, così non si dee recar in dubbio, ch'i Prencipi sen-
170 *za grauissimo errore non possono † seruirsi dell'apparente, & vitiosa*
Ragion

Ragion di Stato nel gouernare. Idem dicto lib. 1. cap. 5. fol. 6. ita ratiocinatur; *S'i Prencipi debbano gouernarsi per Ragion di Stato, doppo l'hauer apportata la distintione fatta di sopra da loro della vera Ragion di*
171 *Stato, & apparente, si risoluono à dire, † che, secondo la vera Ragion di Stato, i Prencipi possono, o deuono in ogni modo gouernarsi, perche questa*
172 *è l'istesso, † che la Prudenza Ciuile, nè si discompagna dalla Giustitia, &*
173 *dalla Religione, † anzi stà sotto queste due virtù, & sotto le leggi huma-*
174 *ne, & diuine: secondo l'apparente non sia lecito † à Prencipi di gouer-*
175 *narsi in alcuna maniera, poiche per questa Ragion di Stato † si commet-*
176 *tono molte sceleraggini, & ingiustitie, si disprezza, & conculca † la Religione, di che danno l'esempio d'vn' huomo da bene, & virtuoso, & ama-*
177 *tore del publico, † & perciò ben voluto dal popolo, del quale temendo il Prencipe, come Tiberio di Germanico, se lo leua dinanzi per Ragion di*
178 *Stato, & questa vogliono costoro, che sia nata † dalla Tirannide, & sia propria del Tiranno, & ch'arriuando al supremo grado d'impietà, pro-*
179 *duca † anco l'Atheismo*. Idem Bonauentura d. lib. 1. cap. 6. fol. 7. ibi:
180 *Essendo l'apparente Ragion di Stato per sentenza de gl'istessi † cõtraria in tutto alla virtù, & per conseguente alla Prudenza Ciuile, & perciò*
181 *tanto à lei simile, † quanto il vitio alla virtù*. Giurba d. conf. crimin. 1.
182 nu. 15. inquit: *Nemini ergò conuenit † regnãdi causa illa Status ratio-*
183 *ne vti* (intelligit de apparente) *cùm ex Tyrannide, & Atheismo † ori-*
184 *ginem duxerit, vt meritò Pius Quintus eam Diaboli † rationem appel-*
185 *let*. Et nu. 25. sic scribit: *Tyranni peculiare est, † vt ius, totamq; vim in*
186 *armis esse quis arbitretur; arma iusta † iuris sunt, nõ furoris*, in qua Ty-
187 rannide, *cum alia multa sint grauiora, tum illud maximè, † quod immeritos occidere cogatur vtilitatis suæ gratia*, vt ex Ptolomeo Philedelfo refert Giurba d. conf. 1. nu. 25. in fine, vbi paulò supra addit il-
188 lud Prouerbi. cap. 25. *Firmabitur Iustitia † thronus eius*, & sic non armis iniustis. Et Ecclesiastes cap. 9. in fine: *Melior est sapientia, quã*
189 *arma † bellica*. Et Sapientiæ cap. 6. in princ. *Melior est sapientia, quàm*
190 *vires, † & vir prudens, quàm fortis*. & paulò infra eodem capitulo,
191 *Diligite lumen sapientiæ † omnes, qui præestis populis*. Et idem Giurba d. conf. 1. sub nu. 6. ex Xenophonte ait: *Nulli homini, sed præsertim*
192 *ei, qui in alios Imperium habet, vllas esse opes † honestiores, quàm iustitiam, & animi magnitudinẽ, & virtutes omnes*. Et sub nu. 32. ex Her-
193 modoto apud Plutarcum: *Per Iouem Barbarorum † omnia iusta, & honesta, sed nobis sola honesta, sunt honesta, & iusta, sola iusta*.

Cum igitur mouere bellum Principi Catholico, legitimo possessori, itidemq; legitimo successori, & velle excludere eum ab hac successione, & priuare illum istis Ducatibus ex eo, quòd sit natus in exteris Regionibus, non possit habere fundamentum veræ Rationis Status, quæ permittit, vt ius suum cuiq; tribuatur, se conformando præceptis Diuinis, & ciuilibus, vt dixi nu. 24. sed tantùm Rationis Status falsæ, non potest vlla ratione iustificari bellum istud, quia hoc est contra

omnes leges Diuinas, & humanas, & contra præcepta Fidei christia-
194 næ, quæ mandant † abstineri ab occupatione, & vsurpatione alieni, à quibus deuiare nequaquàm licet, vt scribit Bonauentura in dicto libro *della Ragion di Stato*, lib. 4. cap. 93. fol. 638. in hæc verba:

Et se vogliamo cõ la bocca di Platone intorno à ciò ragionare, egli nel Critone, oue tratta de eo, quod agendum, conclude per mezo di Socrate;
195 *che si deono sostenere † tutte le pene del mondo prima, che deuiar vn minimo punto dal retto, & dalla ragione*. Et idem d. lib. 4. cap. 65. in prin-
196 cip. fol. 597. sic inquit; *L'huomo secõdo il parer del filosofo si rende † perfetto con l'operationi della virtù, & della giustitia, & che, si come ridot-*
197 *to à perfettione con questo mezo, & regolato con la virtù † è il migliore*
198 *di tutti gli animali, così lõtano dalle leggi, & dalla giustitia † è frà tut-*
199 *ti il peggiore; percioche crudelissima cosa è † l'ingiustitia armata, & senza la virtù*. Et ad propositũ Valerius Reginaldus Iesuita in praxi fori pœnitentialis tomo 2. lib. 21. cap. 8. nu. 97. fol. 241. sic scribit:

Quæritur tertiò, An gloria, dilatatio Imperij, aut alia Regni vtilitas
200 *censenda sit † Principi esse iusta causa indicẽdi bellum: Responsio est;*
201 *quòd, cum non liceat † nocere vni particulari propter propriam commo-*
202 *ditatẽ, multò minus licere † toti Reipublicæ. Deinde, vt benè ait Franciscus à Victoria in relectione de Iure belli nu. 31. aliàs causa æquè iusta esset ex vtraq; parte belligerantium, sicq́; omnes essent innocentes, ideoq́; non liceret eos occidere, & ita gerendum esset iustum bellum, in quo occidere non liceret, quod absurdum est.*

Vnde, cũ Hieronymus Cardanus lib. 6. de varietate rerum cap. 23. fol. 220. scripsisset, *Egregij Regis est armis fines tutari, aliena inuadere, & rapere bello*, Censura Sacræ Congregationis in illius emendatio-
203 ne damnauit, † & deleri mandauit verba illa *aliena inuadere*, cũ hoc non liceat offendendo, sed tantùm defendendo. Et Plutarcus in Politica ad Traianum fol. 11. sic de Principe scribit; *Porrò vir ciuilis nequaquam pro viribus populo permittendum censebit, vt in ciues per contumeliam sæuiat, aliena bona diripiat, publica peculetur, vel perperàm dissipet, suadendo potius, condocefaciendo, terrendo deniq; petulantiæ omni, atq; libidini repugnabit.*

Neq; huc intrant, quæ scribunt Alciat. lib. 2. paradoxorum, cap. final. nu. 7. Tiraquel. ad legem primam connubial. glos. 1. part. 1. nu. 47. 48. & seq. & Gratian. disceptat. for. 801. à num. 52. vsque ad 58. quòd
204 naturaliter deceat † inter animantia rationalia, & irrationalia illa dominari, quę sint potentiora, & viribus præstantiora: Vnde, cùm Brennus Gallorum Dux bello petijsset Clusinos, Romanis percunctanti-
205 bus causam, respondit hoc eo iure se facere, † quo & ipsi multos populos subegissent, quia fortior esset, vt scribit Plutarcus in Furio Camillo folio mihi 127. de quo etiam meminerunt Alciat. Tiraquel. & Gratian. locis paulò supra citatis.

206 Namq; hoc fuit ius Barbarorum, † & Etnicorum, vt dicit ibidem Alciatus,

207 Alciatus,qui in potentia ius reponebant,& hoc ipsi iudicabant † belli
iustitiam,ex qua quidquid capiebant in bello,vt contendebant iustò,
208 sibi vindicabant vti iure acquisitum,sicuti & hodiè fit capientis,† vbi
verè bellum est iustũ, maximè eo tpe, quo territoriora nullo certo ti-
tulo dominij possidebantur. Hodie verò inter Christianos, qui lege
209 Christi prohibentur † aliena occupare,nec bellum,nisi iustis de cau-
sis permissum est,& legibus à legitimis superioribus editis, & cõmuni
210 populorum consensu receptis,rerum,& iurisdictionum † dominia,
maximè eorum,qui titulum legitimum habent, sunt cuiq; proprio iu-
211 re confirmata , & vim cuiquam fieri † prohibitum est , tale ius ma-
212 ioris potentiæ † non solum damnatum,sed tyrannicum est, nec ha-
213 bet locum,nisi in iustis bellis,† vt animaduertunt. Tiraquel. in dicta
l.1.connubial.glos.1.part.1.nu.49. Gratian. d.disceptat. forens. 801.
nu.58, aliàs incidit in illam falsam Rationem Status,omni iure (vt
dixi) reprobatam.

Et licèt inter animantia digniora,ac potentiora habeant prærroga-
214 tiuam, id tamen est † de vna specie ad aliam, vt Leo inter quadrupe-
da, Aquila inter volatilia, Homo inter omnia animantia; sed in eadẽ
specie potentior animans præualet inter irrationales, quia carent ra-
tione, & quoties potest superare debiliorem, nõ autem perpetuò, nec
naturali iure superioritatis, vt est in illis diuersæ speciei; non sic in
homine, qui regulatur ratione,& viuit secundum leges, & in quo vi-
215 res † cedunt ingenio, vt dixi nu.188.& 189., & nisi agatur de succes-
216 sione per viam electionis,in qua dignior præfertur,† vel saltem præ-
ferri deberet,nulla ratio habetur fortitudinis alterius ad priuandum
alium iure proprio.

217 Et si autem propter pacem permissum sit † bellum, vt in cap.noli,
218 . 3.23.quæst.1. & concedunt omnes;tamen hoc non est licitum † ex
imaginarijs suspicionibus,vbi non adsunt aliqua motiua positiua con-
turbandæ ipsius pacis, quæ non sunt in Dño Duce Carolo, nec de eo
hoc pertimescendum est, vti Principe prudenti,& timoratæ cõscien-
tiæ,& cui non expediret conturbare iura suorũ Statuum apud Sacram
219 Cæsaream Maiestatem,sed tantùm licitum est bellum † propter pa-
cem, vbi illa iam turbata est, vel fiunt præparatoria ad eam turbandã,
& ideo Sanctus Augustinus,ex cuius dictis compilatum est dicto cap.
noli,23.quæst.1. cautè locutus est, dùm dixit, *Nõ quæritur pax, vt bel-*
220 *lum exerceatur,† sed bellum geritur, vt pax acquiratur*,& sic concedit
bellum pro acquirenda pace. Idem innuit Aristoteles,quem refert
Sot. de iustit.& iur.lib.1.quæst.1.artic.2.fol.7.col.2.dum inquit, *bella*
221 *gerimus,† vt in pace degamus*. Et vbi quis vanè trepidat ex simplici
222 suspicione de aliqua futura turbatione,nullum habet remediũ,† nisi
vt stet paratus ad extinguendas nouitates, si quæ fierent, quod insi-
nuat Vegeti.de re militar.lib.3.in fine prohemij,dùm inquit; *Qui de-*
223 *siderat † pacem præparet bellum*;hoc est (vt ego interpretor) stet para-
tus,

224 tus,quia, vt ipse subdit lib.4.cap.31. *Nemo bello lacessere,† aut facere iniuriam,audet ei Regno,vel populo,quem expeditum,& promptum ad*
225 *resistendum,vindicandumq́ cognoscit,* & ob id fiunt† arces,& tenentur præsidia,Frachetta in suo libro de Principe,lib.2.cap.4.,nec vllus vnquam admisit bellum ob pacem, nisi ob præcedentia motiua, vel pacem re vera turbatam. Reginald.in praxi fori pœnitential. lib. 21.
226 cap.8.sub nu.114.quæst.5.tom.2.fol.245. vbi dicit, quòd non † licet propter metum futuræ nouitatis,quæ non est certa,offendere innocentem,qui nihil commisit,propter quod debeat pati illam offensam. Ad quod benè confert Io:de Plat.in l.1.sub nu.2. vers.& sic non potest quis petere,C.de conductor.& procurator.prædior. fiscal. lib.11.
227 dùm inquit, *Quòd quis non potest petere securitatem † de non offendēdo propter solum timorem,& suspicionem,nisi appareat alia iusta causa, cùm satis sit securus legibus,quæ omnes ligant ;* & auctoritate, & potentia Imperatoris,quæ in casu nostro posset, & deberet reprimere
228 nouitates; & ratio pacis non attenditur,† vbi pro ea obtinenda, vel conseruanda,quid iniustum,vel cum Dei iactura committendum foret.Petr.Gregor.de Republic.lib.11.cap.13.sub nu.8. Valenzola in tractat. de status, ac belli ratione seruanda , part. 2. consideration.3. sub nu.6. & 7.fol.136.

Et denique, vbi posset esse locus alicui belli inditioni,qui certè nō est, illud vt iustè moueri dicatur,non debet hoc fieri ex abrupto, sed
229 vt in iudicijs seruandus est † debitus ordo, ita & in mouendo bello
230 debent tentari omnia remedia,& ciuiliter priusoportet † cognoscere ad quid teneatur ille,qui impetendus est,& pronunciare ordine iuris seruato illum teneri facere,vel præstare illud,propter quod intenditur moueri bellum, & in casu isto debent prius cognosci, & via iuris terminari,& audiri iura Serenissimi Ducis Caroli, an manutenendus sit in sua pacifica possessione,vel an teneatur illam cedere,& consentire sequestro. Soto de iustitia,& iure lib.5.quæst.3. artic.5.fol.444. colum.2.vbi in hæc verba loquitur: *Tertiò requiritur forma iuris,eademq́ tantò exactius,quàm in priuatis iudicijs, quantò periculosius de summa boni publici agitur,nempè,vt nisi cunctis pacis rationibus prius oblatis non indicatur,neq; vlterius proferatur,quàm fert æquitas.* Vasquez super prima secundæ Diui Thomæ quæst.19.artic.6.disput.64. cap.3.sub nu.13.fol.304.inquit: *Omnis controuersia,quæ inter opinio-*
231 *nes versatur circa ius aliquod,non potentia,& armis,† sed iudicio dirimenda est,barbarorum enim mos videtur melius ius regnandi in potentioribus armis constituere.* & idem repetit ibidem sub nu. 14. his verbis, *Inaudita enim parte, suo tantùm arbitrio, & diligentia ratio-*
232 *nes vtriusque partis examinare,† & sententiam ferre barbarorum est.* Dominicus Bannes super secunda secundæ Diui Thomæ quæst. 40. artic.1.dubit.8.vers.circa tertiam,fol.1371.in fine, & 1372.in principio inquit: *Quoniam bellum est maximè rigidum,& ex quo frequen-*
ter

233 *terplurima† mala, quæ huic fini* (scilicet pacis Reipublicæ) *aduersan-*
234 *tur, idcircò prius tentanda sunt † omnia alia remedia, quàm indicatur*
bellum: Valentia super secunda secundæ disputat. 36. quæst. 6. de bel-
lo, puncto 2. vers. septimò certum est, fol. 778. Melchior. Iuni. quæst.
235 politic. 68. vbi inquit bellum licere, cũ omnia illa tentata sunt, † qui-
bus potest declinari, nec amplius, nisi in armis spes relinquitur. *Sapiẽ-*
tes enim viri (inquit) *magis finem, quàm initiũ spectare, & priusquàm*
ad arma prorumpant, experiri omnia consilia solent. Rainaudus in com
prehensor. feudal. ad cap. Imperialem, §. firmiter etiam statuimus, sub
num. 18. de prohibit. feud. alienat. per Federicum, fol. 103. vbi inquit,
236 quòd debet esse necessitas † ineuitabilis, Borella de Magistratibus,
237 lib. 2. cap. 2. nu. 69. vbi, quòd bella non sunt facienda † sine magna
238 consideratione, quia ex illo multa proueniunt mala, † vt per eum ibi-
dem nu. 72., & quòd non sit suscipiendum, nisi magna cogente ne-
cessitate, tradit etiam Bimius cons. 403. sub nu. 46. vbi circa hoc exa-
gerat, & est text. in cap. noli, 3. 23. quæst. 1. vbi ex Diuo Augustino
239 dicitur: *Pacem habere voluntatis est, † bellum autem debet esse necessi-*
tatis. Imperial. Cinuci. de re milit. lib. 1. cap. 4. Frachetta in suo Prin-
cipe lib. 2. cap. 5. versic. *Anzi hauendo anco la giustitia della causa per*
se, fol. 203. Et Cicero lib. 2. de offici. inquit, *Cùm duo sint genera decer-*
240 *tandi, † vnum per disceptationem, alterum per vim, cumq; illud propriũ*
sit hominis, alterum belluarum, confugiendum est ad posterius, si vti
non licet superiore, quo, cum licuerit, & liceat vti, non est deueniendũ
ad violentiam. Giurba dicto cons. crimin. 1. sub nu. 15. inquit, *Nec im-*
241 *peria vtendum † est, vbi legibus agi potest*.

Et Iudex, qui iuris ordine non seruato, priuat aliquem, semper pec-
242 cat, † & si res erat eius, qui priuatur, tenetur etiam ad restitutionem;
243 si verò † non erat eius, licèt non teneatur ad restitutionem, peccat ta-
244 men mortaliter, † Sayrus in sua Claui regia lib. 12. cap. 9. nu. 9. & 11.
fol. 935. de quo iuris ordine deduxi etiam in quinto articulo de seque-
stratione possessionis.

Et cum ciuiliter iura sua deducere intendat Dux Carolus, & respõ-
dere iudicialiter prætensoribus, vbi se declarabunt, hæc dicitur defen-
245 sio, quæ non potest † tolli parti etiam à Principe, & Imperatore, Cle-
ment. Pastoralis, 2. ibi, *cum illa Imperatori tollere non licuerit*, de sen-
tent. & re iudicat. vbi Anchar. notat in 24. notabili, nu. 22. Afflict. in
cap. 1. nu. 14. in vna impressione, in alia verò ante num. 8. quib. mod.
feud. constitui potest, quàm non denegaturum Sacratissimum, & Iu-
246 stissimum Imperatorem semper sperauit, cuius proprium est † iustitiã
facere. cap. Regum, 22. 23. quæst. 5. Afflict. de pace tenenda in rubr.
nu. 5. aliàs est ante nu. 3. & dicit Curt. iun. cons. 157. num. 12. quòd
247 Deus constituit † Imperatorem suum Vicarium, & dominatorem in
fide, & veritate, & iustitia in terris, & Imperator, & quilibet Rex de-
248 bet esse † pacificus, & procurare, & seruare pacem tanquàm hæres

Christi,

diant,&c. in principio, vbi etiam inquit Imperator, quòd, si deest iu-
263 stitia, cæteræ † omnes virtutes nihil valent.

HÆc scripsi, cùm non dũ motum esset bellum, sed tantùm suspicaretur, vt edocta causæ Iustitia ab armis temperarent, qui ea meditabantur; sed frustrà laboraui. Bellũ enim, & Princeps, & subditi innocentes passi sunt, quale non moueretur contra prædones, in quo ea commissa sunt, quæ nec in bello iusto sunt licita. Hoc factum est imperscrutabili Dei secreto, vt Principis constantia in aduersis, & eiusdẽ confidentia in ipsum Deum, & populorum fides in Principem memorando exemplo probarentur. Hanc consolationem apud Deum, & apud Mortales habebit Dux Carolus, quòd nulla propria, nec suorum culpa hoc promeruit. Subditi verò in hoc consolantur, quòd violentia possunt quidem vinci Vrbes, hoc est muri, sed non Ciuitates, hoc est ciuium animi, quos adeo liberos cuiq; Deus dedit, vt nulla vi, nulla impressione inuiti subigi valeant; Ita vt inanis futurus sit quicunque conatus, vt, desciscant à legitimo Principe, cui eos perpetuò deuouerunt.

Faxit sua benignitate Deus, vt quandoque ab his ærumnis liberemur, & cantare possimus cum Psalmista.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra, Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.

F I N I S.

INDEX RERVM NOTABILIVM CONTENTARVM IN PRAESENTI LIBRO

De iure legitimæ succeſſionis in Ducatibus Mantuæ, & Montisferrati.

A

X etiam

recta

Causa

Dominia

E

terales

art.2.

G

L.

Metis

P

pos-

runt

Pupillus

habet

alter

multi

eum

T

Velle

FINIS INDICIS.